This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Li 13.435.3

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 1 April 1901.

1460

DE SERMONE

D. JUNII JUVENALIS

SERMONEM

D. JUNII JUVENALIS

CERTIS LEGIBUS ASTRICTUM

EX ACCURATA INQUISITIONE LOCORUM ATQUE INTERPRETATIONE

DEMONSTRARE CONATUS EST

Ludolph Ove Kjær

LUDOLPHUS O. KIÆR

HAUNIÆ

IMPENSIS ANDR. FRED. HØSTII ET FILII

MDCCCLXXV

Li 13.435.3

HARVARD COLLEGE
APR 1 1901
LIBRARY

Constantine fund

Typis I. Cohenii

SUMMO HUIUS ÆTATIS GRAMMATICO

CLARISSIMO VIRO

JOHANNI NICOLAO MADVIGIO

CUIUS HORTATU HIC LIBELLUS EDITUS EST

Index rerum.

Præfatio . . . . . 1— 3
De metri ratione . . . . . 3— 17
De liberiore verborum positu . . . . . 18— 60
De particulis copulativis . . . . . 61—107
De ellipsi . . . . . 108—165
De interrogandi forma . . . . . 166—174
De infinitivo, imperativo, participio . . . . . 175—187
De congruentia subjecti et prædicati . . . . . 188—193
De mutatione numeri, subjecti, temporis, modi . . 194—213
De casibus . . . . . 214—217
De notionibus transferendis . . . . . 218—226
De vocibus Græcis . . . . . 227—228
Indices . . . . . 229—241.

Præfatio.

»Neminem esse arbitror ex iis, qui in scriptoribus Latinis legendis versati sunt, qui ignoret, quantum restet operæ in Juvenalis satiris ponendæ, quum propter ipsarum difficultatem, tum quod ad eas enarrandas nec multi accesserunt nec satis plerique instructi ad eam rem agendam.« His verbis, quæ in Madvigii de locis aliquot Juvenalis interpretandis disputatione (opusc. acad. I. p. 30) leguntur, auctor ad operam in satiris poetæ ponendam adhortatur, iisdem a re suscipienda deterret, quis enim disputatione illa lecta ad eam rem agendam se satis instructum judicabit? Ad rem igitur accedens, me eam ita expedire posse, ut perspicua ac manifesta ubique exponerem, neque speravi neque, cur sperarem, habui, sed quum ad satirarum scriptores studio semper traherer et putarem, me ad aliquot locos, qui aut parum intellecti aut non satis perspicue explicati essent, illustrandos aliquid conferre posse, a conatu non deterritus Juvenalis loquendi usum ita exposui, ut quæ eodem pertinerent in unum conferrem locosque difficiliores, in quibus enarrandis ab interpretibus discederem, subjungens per vestigia verborum ad veram enarrationem pervenire conarer, sic enim me eorum erroribus liberum fore credidi, qui poetam ita interpretari mihi viderentur, ut ad

præsumptas opiniones atque significationes vane adfictas verba accommodarent et, quid poeta dicere potuisset potius quam quid dixisset, persequerentur. Hanc deinde rei exponendæ viam si ingrederer et evagantem nonnullorum interpretum enarrandi rationem ad grammaticam atque sermonis leges revocare conarer, faciliorem laborem suscipere mihi visus sum; difficilius enim illa ad historicam severitatem revocatur, quæ, ut obscuriores verborum aliæque notæ perspicue atque vere explicari possint, præter justam sermonis peritiam etiam accuratissimam antiquitatis, personarum, temporis cognitionem postulat. Argumentum tamen, quod tractandum sumpsi, difficultate non carere satis intelligo. Primum enim, quum uniuscuiusque poetæ loquendi usus non magis iis loquendi formis, quibus utitur, quam iis, quibus abstinet, contineatur, ea instituenda est comparatio, ut utrique rationi satisfiat, et priorum poetarum loquendi usus, quum nusquam ita expositus sit, ut ubique tanquam notus proferri possit, non raro paucis adumbrandus est; deinde quæ huius vel illius poetæ propria sunt, difficilius interdum ab iis, quæ poetarum communia sunt, distinguuntur, et aliqua forma, quæ apud omnes reperiri potest, inter dicendi genera huius vel illius propria crebro recipienda est; tum Juvenalis ad pedestris orationis scriptorum magis quam poetarum loquendi usum tam sæpe accedit, ut discrimen, quod hoc in genere inter eum atque priores poetas intersit, prætermitti non debeat, accurata autem huius discriminis expositio subtiliorem utrorumque sermonis cognitionem poscit; multi denique loci, quibus in dissensione codicum aut vera scriptura elicienda aut conjectura etiam promenda est, critici laborem atque curam requirunt. In aptis rebus e tam ampla disputandi materia

eligendis et in distributione atque tractatione electarum me errorem subterfugere potuisse, quod jam dixi, non speravi; si plures locos assumpsisse quam digni essent, qui commemorarentur, et in iis enarrandis longior, quam rei ratio posceret, fuisse accusabor, sic me defendam, ut eos commemoratione dignos me habuisse confitear, quibus aliquod dicendi genus, quod in præcedenti poetæ loquendi usus expositione tractatum esset, et male intellectum pravæ interpretationis caussam contineret, et, si verba ex veterum usu sensuque æstimarentur, rectam enarrandi viam ostenderet, meque in iis expediendis operam dedisse, ut sensum minus accurata verborum interpretatione obscuratum poetæ loquendi usu perspecto atque vanarum de rebus, quæ significatæ putarentur, suspicionum ambagibus remotis ex ipsis verbis plerumque elucere appareret; quibus locis paucos adjunxi, qui in disputandi atque erroris detegendi et tollendi genere similitudinem aliquam haberent. Quod superiorum interpretum perversas eorundem locorum enarrationes attuli et in iis refellendis aliquid operæ posui, inde factum est, quod et errores et originem errorum demonstranda esse putavi. Quia autem modo editionum atque scriptionum earum, quas annotavi, copia mihi fuit, fieri potest, ut in enarrationem loci, quæ ab alio jam proposita sit, invitus inciderim, quod si acciderit, laudem auctori non subtraham.

Scrib. Ripis Cal. Jul. a MDCCCLXXIV.

De metri ratione.

Juvenalis in versibus scribendis rhetorica quadam arte usus versum ad rem, quam exponit, ita plerumque accommodat, ut voces, quæ singulari pondere efferendæ sunt, eo loco ponantur, cui ipse versus pondus attribuit, atque voces, quæ inter se opponuntur, vel quibus oratio eandem vim addit, eadem versus sede designentur, ut in ultimis quartæ satiræ versibus:

Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
Coeperat, hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

cfr. V, 51-52, et quamquam versus eius a Virgilii atque Horatii facilitate et venustate abesse concedendum est, tamen accurata arte formati et ad rem, quam promunt, depingendam egregie accommodati gravitate atque sonore excellunt fontemque suum clare probant: »*Si natura negat, facit indignatio versum* (I, 70);« indignatio enim poetæ verba dictavit atque sonoris versibus ea induit. Inest etiam in satiris aliquid, quod prodat, poetam, quemadmodum ipse dicit, tanquam in re ante incomperta atque ignota versatum esse; jam altas cogitationes altis versibus promit, jam pedestri pæne oratione nudum vitium exponit, jam poetæ ingenium fulget, jam rhetoris studium eminet; verba neque ad versus currentes et venustos sponte se composuisse, neque simul cum cogitationibus, quæ exprimendæ erant,

nati esse videntur, sed ars quædam, limæ labore et mora fulta, apparet, quæ et verba et versus mira dexteritate ea, quæ poeta exponere cogitat, apte et ponderose exprimere cogat. Est hoc Juvenalis proprium, neque quisquam poeta egregiam argumenti atque formæ convenientiam diligentiore arte assecutus esse videtur; nemo fortasse in versibus formandis maiore studio usus est, quamobrem versus eius diligenti priorum poetarum lectione adjuti atque hexametri legibus obsequentes ad artem illius temporis metricam constituendam non parvi momenti existimandi sunt. Versus Juvenalis meliores quam Horatii esse, Scaligero concedendum est; is etiam satirarum scriptores comparans »Juvenalis ardet, jugulat, Persius insultat, Horatius irridet,« vix injuria Juvenalem »Satyrorum facile principem« vocat.

Ante omnia commemorandus est frequens spondei usus. Hunc locum ex satira decima (a v. 272) attulisse satis erit:

Exitus ille utcumque hominis, sed torva canino
Latravit rictu, quæ post hunc vixerat uxor.
Festino ad nostros et regem transeo Ponti
Et Croesum, quem vox justi facunda Solonis
Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.

talibus enim locis opus totum scatet: sunt Horatii stabiles spondei, qui efficiunt, ut res tardior atque gravior ad aures veniat, quamobrem ad argumentum, quale poeta exponendum sibi sumpserat, eximie accommodati sunt. Decies in vocibus Latinis spondeus quintum versus pedem ita format, ut aut voces, quæ sunt *et*, *aut*, *ad*, *quod*, ultimo versus vocabulo antepositæ sint (III,17,273, IV,87, XI,68, XIII,191, XIV,165), aut versus in vocem quatuor syllabarum exeat (VI,429, X, 332, XII,121, XV,36); in nominibus vel Græcis vocibus idem undecies factum est (II,145, VI,296 — I,52, IV,53, VI,71, 80, 462, 620, X, 151 — VI, 246, XIV, 329), ubique autem et his locis et locis supra positis dactylus spondeum ante-

cedit, neque usquam, quod apud priores interdum occurrit, vox bisyllaba quintum versus pedem implet. Duobus vero locis (VII, 211. III, 49) voces *et cui* hanc sedem tenent. Ante vocem monosyllabam versum claudentem Juvenalis more Horatii trisyllabam (tribrachyn, cuius ultima syllaba ob consonantes concurrentes producitur, potius quam anapæstum) crebro ponit, rarius vocabulum jambicum (sic IV, 140, V, 15, VI, 406, VIII, 36).

Animadversione deinde singularis et accurata cæsura digna est, quæ graves partes apud Juvenalem agit, et in cuius usu rhetorica eius ars summe apparet. Poetam et in oratione distribuenda et ubi vocem aliquam singulari pondere efferri velit, eius ope niti, multi huius disputationis loci satis docebunt, quamobrem hic modo ad illum eius usum attendemus, quod a cæsuræ intervallo, ubi fieri potest, apodosin et novam sententiam secundariam vel pendentem incipit, quod ibi anaphoram vel asyndeton ponit, verbum subst. omittit, hiatui indulget, ut brevi præcidam, omnibus modis operam dat, ut ipsa oratio aptum insistendi tempus lectori præbeat, et quam sæpe nova sententia primaria ab hoc intervallo incipiat, hic Juvenalis locus docet (XIV a v. 210):

Talibus instantem monitis quemcunque parentem
Sic possem affari: Dic, o vanissime, quis te
Festinare jubet? meliorem præsto magistro
Discipulum. Securus abi: vinceris, ut Aiax
Præteriit Telamonem, ut Pelea vicit Achilles.
Parcendum est teneris: nondum implevere medullas
Maturæ mala nequitiæ;

In cæsura κατὰ τρίτον τροχαῖον, quæ vocatur, extrudenda Juvenalis multo longius quam Ovidius processit et re vera eam loco movisse dici potest. Hoc enim cæsuræ genus ducenties bis adhibitum invenitur, sed his locis accuratius inspectis cæsura, quæ hephtemimeris vocatur, post arsin

quarti versus pedis centies nonagies bis cæsuram illam sequitur, et eam prævalere, inde satis apparet, quod, ubi nulla cæsura *x. τ. τ.* antecedit, non modo frequens apud Juvenalem est et centies undecies adhibita, sed in vocibus quoque nonnullis dissyllabis altera syllaba, quæ apud Juvenalem modo in cæsura atque *alterius* vel *ultimi* pedis arsi longa est, hac in sede producitur. Sic voces, quæ sunt *mihi*, *tibi*, *sibi*, quarum altera syllaba brevis est: VI, 7 *Pellibus haud similis tibi*, *Cynthia*, *nec tibi*, *cuius*, nusquam nisi his locis ita ponuntur, ut altera syllaba producatur:

III,190 *Ucalegon*, *tabulata tibi jam tertia fumant.*
IX, 93 *Hæc soli commissa tibi celare memento.*
V,128 *Virro tibi sumitque tuis contacta labellis*
IV,171 *Ergo sibi dabit ipse rudem*, *si nostra movebunt*
X,201 *Usque adeo gravis uxori natisque sibique*
XV, 98 *Exemplum esse cibi*, *sicut modo dicta mihi gens.*

et duobus locis altera formæ insolentis, quæ est *perit*, syllaba post cæsuram *x. τ. τ.* in arsi quarti pedis (cæsura hephthemimeri) posita invenitur:

VI,295 *Paupertas Romana perit*, *hinc fluxit ad istos*
X,118 *Eloquio sed uterque perit orator*, *utrumque*
cfr. III,174 *Maiestas*, *tandemque redit ad pulpita notum*
VI,563 *Sed qui pæne perit*, *cui vix in Cyclada mitti*
VI,559 *Magnus civis obit et formidatus Othoni*

quæ argumenta eo graviora habenda sunt, quia Juvenalis, vocibus *mihi*, *tibi*, *sibi* exceptis, nusquam nisi in cæsura his locis:

X, 11 *Confisus periit admirandisque lacertis*
X,174 *Velificatus Athos et quidquid Græcia mendax*
X, 54 *Ergo supervacua aut perniciosa petuntur*
VIII,105 *Inde Dolabella atque hinc Antonius inde*

et, quod mox videbimus, ter in arsi alterius pedis syllabam brevem produxit.

Eodem versus loco poeta ablativum *fame*, qui modo ter invenitur, posuit:

XIV, 95 *Progenies stimulante fame festinat ad illam*
cfr. XV,102 *Membra aliena fame lacerabant esse parati*
VI,424 *Convivæ miseri interea somnoque fameque*

et omnino in vocibus, quæ in longum *e* exeunt, ponendis certam regulam sequi videtur. Sic Græcorum nominum nominativi et ablativi in *e* exeuntes ita semper in versu distribuuntur, ut ultima syllaba aut in cæsura ponatur aut arsin alterius pedis constituat:

V,141 *Sed tua nunc Migale pariat licet et pueros tres*
VI, 66 *Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit*
VI, 29 *Dic qua Tisiphone, quibus exagitare colubris*
XIII, 98 *Archigene, quid enim velocis gloria plantæ*
XIII,163 *In Meroe crasso maiorem infante mamillam*

et tribus locis (VI, 177, VIII, 162, VII, 154) talis vox eandem sedem tenet atque in exemplo secundo alterum *Thymele*. Adverbia, quæ sunt *sane* et *hodie*, eodem modo ponuntur (I, 42. III, 23, IV, 16, XI, 56, 150, XIII, 47, XV, 61), altera adverbii, quod est *fere*, syllaba modo arsin alterius pedis constituit (VI, 242, X. 23, XI, 112, XIV, 173), *quare* in cæsura semper ponitur (VI, 202, 492, 136, IX, 1), et omnino adverbia, quæ in *e* exeunt, has sedes tenere solent. Imperativi quoque nonnulli dissyllabi, qui sunt *habe*, *vale*, *tace*, *aude*, quorum altera syllaba non apud Juvenalem ut apud priores poetas corripitur, aut in cæsura ponuntur, aut elisionem patiuntur, aut versum claudunt (III, 188, 318, II, 61, I, 73, XIII, 161).

Litera *o* apud Juvenalem contra vulgarem poetarum usum, qui syllabam in *o* exeuntem in verborum prima persona jam producunt jam corripiunt, non solum in verbis (XII, 121 *Laudo meum civem nec comparo testamento)* et in substantivorum nominativis (VI, 129 *Sic Pedo con-*

turbat, Matho deficit, exitus hic est) sed in iis adverbiis quoque in *o* exeuntibus, quæ etiam apud priores poetas alteram syllabam brevem interdum habent *(porro, quando, ergo, sero, immo)*, brevis semper est, et modo in sat. III v. 281 particula *ergo* primum versus pedem format. Interdum vero in cæsura vel, quod animadvertendum est et cum iis, quæ supra de iisdem pedibus diximus, conferendum, in arsi *alterius* vel *ultimi* pedis syllaba in *o* exiens producitur:

VII, 55 *Hunc qualem nequeo monstrare et sentio tantum*
VI,223 *Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.*
I,108 *Conductas Corvinus voves, ego possideo plus*
IX, 82 *Nullum ergo meritum est, ingrate ac perfide, nullum*
X, 84 *Quam timeo, victus ne poenas exigat Aiax*

quæ productio in ceteris versus pedibus nusquam invènitur, et ne his quidem locis nominativus substantivi produci solet. Videmus igitur, Juvenalem literam *o*, ubi apud priores poetas longa esse soleat, nominum substantivorum atque adjectivorum dativo et ablativo casu excepto corripere solere (in sat. tertiæ v. 232: *Plurimus hic æger moritur vigilando, sed ipsum* ablativus gerundii correptus invenitur), quamobrem ab iis adverbiis in *o* exeuntibus, quæ a prioribus poetis nusquam corripiuntur, aut omnino abstinet *(raro, falso, vulgo, omnino, crebro, tuto, certo, consulto, sedulo, fortuito, arcano)* et adjectiva cognata ponit vel alio modo notionem earum exprimit (V, 14 *Imputat hunc rex Et quamvis rarum tamen imputat)*, aut ea, quibus utitur *(secreto, merito, continuo, idcirco, ultro, adeo, ideo)*, ita ponit, ut ultima syllaba aut alterius vel ultimi pedis arsin constituat, aut in cæsura longa sit, aut elisionem patiatur, aut versum claudat:

I, 95 *Secreto coenavit avus? Nunc sportula primo*
III,221 *Persicus orborum lautissimus et merito jam*
VIII,114 *Despicias merito. Quid resinata juventus*

et si omnes locos, quibus poeta particulis *adeo*, *ideo*, *continuo* usus est, collegerimus, has voces ita positas inveniemus, ut litera *o* in *adeo* quater, in *ideo* semel, in *continuo* quater alterius pedis arsin constituat, in *adeo* septies, in *ideo* sexies, in *continuo* semel in cæsura ponatur atque reliquis locis ante vocalem elidatur. Particulæ *idcirco* et *ultro* modo ita ponuntur, ut elisionem patiantur, in *quæso* altera syllaba ubique in cæsura ponitur, vox denique, quæ est *ambo*, modo versum claudit. Hoc non fortuito sed consulto factum esse, nemo non concedet, res enim manifesta videtur.

Juvenalis igitur in quantitate syllabarum a regulis, quæ a prioribus poetis servantur, ita interdum declinat, ut syllabas nonnullas terminales, quæ apud priores longæ vel ancipites sint, aut ubique corripiat aut caute agens ita collocet, ut, quia in cæsura vel arsi alterius, rarius ultimi, pedis ponantur, caussa, cur producantur, his versus pedibus attribui possit. In arsi alterius pedis syllabæ brevis productio etiam apud priores sæpius occurrit, quod inde sine dubio factum est, quia poeta, quum lector, qui hoc loco a recta versus recitatione aberrare nequiret, syllabam brevem, ut ita dicam, invitus producere cogeretur, in hoc pede (ut in ultimo) ab accurata versus forma raro declinare non dubitavit, et in satiræ decimæ quintæ v. 19-21, qui in omnibus codicibus sic scripti sunt:

Nam citius Scyllam vel concurrentia saxa
Cyanea plenos et tempestatibus utres
Crediderim

similis productio inutiles interpretum conjecturas protulit. Pro *Cyanea* enim alii *Cyaneis*, alii aliam formam substituunt, et Heinrichius ob sequentes consonantes literam *a* productam esse putat. Exstat certe in satira octava locus, quo brevis syllaba ante *sp* producta videri possit (v. 107): *Occulta spolia et plures de pace triumphos*,

sed Juvenalis nusquam alibi ob duas vocis sequentis consonantes ultimam præcedentis vocis syllabam produxit, neque apud Virgilium (neque Horatium) brevis vocalis ante vocabula a consonis sp, st, sq incipientia producitur, et quid hoc versu faciet Heinrichius: VI,340 *Intulerit, ubi velari pictura jubetur*, nam hic quoque in arsi alterius pedis syllaba brevis producta est. In hoc et in ultimo versus pede bis hiatum invenimus:

XII. 36 *Testiculi adeo medicatum intelligit ingven*
IX,118 *Vivendum recte est quum propter plurima tum his*

quamquam hiatus apud Juvenalem his locis exceptis modo in cæsura (in arsi) duodecies occurrit:

I,151 *Ingenium par materiæ? unde illa priorum*
II, 26 *Si fur displiceat Verri, homicida Miloni*
III, 70 *Hic Andro. ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis*
V,468 *Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur*
XI,274 *In statione sua atque exspectantibus illam*
X,281 *Bellorum pompa animam exhalasset opimam*
XII,110 *Partem aliquam belli et euntem in proelia turrim*
XIII, 65 *Hoc monstrum puero et miranti sub aratro*
XIV, 49 *Sed peccaturo obstet tibi filius infans*
XV,126 *Hac sævit rabie imbelle et inutile vulgus*
X, 54 *Ergo supervacua aut perniciosa petuntur*
VIII,105 *Inde Dolabella atque hinc Antonius inde*

et hinc quoque argumentum ad singularem horum pedum vim illustrandam aptum capi potest. Ut formæ denique, quæ sunt *perit*, *obit*, *redit*, in cæsura positæ inveniuntur, sic in sat. VI v. 128: *Tristis abit et, quod potuit, tamen ultima cellam Clausit* altera verbi, quod est *abit*, syllaba in arsi alterius pedis posita est. In reliquorum pedum arsi Juvenalis brevem syllabam terminalem non producit, quæ productio apud priores passim occurrit, neque usquam, in arsi nec in cæsura, more Virgilii particulam *que*

longam posuit. In thesi hiatus nusquam invenitur, sed id hiatus genus, quod apud Juvenalem exstat, ea de caussa notabile est, quod priores poetæ, ne eædem vocales (excepto ante *h*) in hiatu concurrant, cavere videntur, Juvenalis autem in tam paucis exemplis quater a-a, semel o-o posuit. In ultimo sat. IX v. 118 pede Hermannus pro *tum his* scribit *tum vel* et versum sequentem transponit, cui loci emendationi alio huius disputationis loco repugnabo; hic modo ad similem hiatum, qui apud Tibullum invenitur, attendam: I, 5, 34 *Virum hunc* (ante *h*; Horatius etiam ante vocalem tali hiatui indulget: sat. II, 2, 28 *Num adest;* Epist. II, 1, 46 *Item unum*, Virgilius vix usquam).

In satiræ decimæ tertiæ v. 209: *Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum* vox, quæ est *intra*, alterum versus pedem implet, sed nusquam Juvenalis alterum pedem voce dactylica neque ultimis vocis in dactylum exeuntis syllabis contineri passus est, cui regulæ priores, Horatio excepto, ita obtemperasse videntur, ut modo paucis locis ab ea discederent. Juvenalis, qui modo præpositionem sic posuit, quia vox ea, quæ a præpositione pendet, proxime subsequitur, huic enormitati indulsisse videtur, quamquam Horatius, qui ceteras formas, a quibus Juvenalis abstinet, sæpius ponit (sat. I, 3, 46 *Si cui filius*, I, 3, 50 *Et jactantior*, I, 9, 75 *Adversarius*, I, 3, 76 *Denique quatenus*, I, 9, 67 *Certe nescio*), in pede altero spondeum unius vocis fere evitavit. In satiræ primæ v. 112 *Quandoquidem inter* præpositio *inter* simili modo posita est, sed exemplum hac re a superiore differt, quod ante præpositionem eliditur. Sic enim spondeus apud priores interdum positus invenitur. Juvenalis autem multo sæpius quam illi voce dissyllaba dactylum secundi pedis claudere videtur.

In thesi primi versus pedis Juvenalis longam vocalem quater elidit: I, 73 *Aude aliquid*, VI, 50 *Paucæ adeo*, VIII, 123 *Auri atque*, XIV, 76 *Illi eadem*, in altera et tertia thesi semel: X, 333 *Messalinæ oculis*, X, 284 *Multæ*

urbes, in quinta nusquam; in quarta autem thesi longæ vocalis elisio sæpius invenitur (sic: III, 139, IV, 103, VI, 435, 593, VII. 43, 52, IX. 44, 86, 144, X, 132, 221, XI, 9, 29, 107, 125, XIII, 61), quod eo notabilius est, quia poeta in huius pedis arsi longam vocalem fere non elidit (I, 86), quæ elisio in arsi alterius et tertii pedis crebro occurrit; in arsi autem prima nusquam neque longa neque brevis vocalis eliditur (Virg. Buc. 3, 48 *Si ad;* cfr. Pers. V, 127 *Si increpuit;* Horatius autem passim sic dixit: Sat. I, 2, 96 *Si interdicta;* I, 1, 56 *Quam ex;* I, 1, 51 *Dum ex;* II, 3, 183 *Rem imperito;* I, 3, 120 *Nam ut*). Quemadmodum Juvenalis igitur in longa vocali elidenda a regulis priorum declinat, sic in eo quoque ab iis discedit, quod ante ultimum versus pedem modo in syllaba quæ in *m* exit, et semel in pronomine *ego* I, 102 (III, 110: *neque ipse*; deteriores autem codices nonnulli *nec* habent, et sic legendum fortasse est) elisioni indulget (sic II, 23, 159, X, 87, XIII, 151, XIV, 276). Priores enim in vocibus, quæ sunt *neque, que, sine, ibi, ubi* (Ovidium etiam in *bene, male, nisi*), et raro in infinitivo literam terminalem elidere notum est; Horatius non solum in his vocibus sed fere promiscue brevem vocalem elidit (Sat. I, 1, 103 *ego*, I, 3, 57 *homo*, I, 9, 70 *mihi*, II, 2, 48 *æquora*) quin etiam raro longam (Sat. II, 3, 86 *arbitrio Arri*). In ultimo versus pede elisio nusquam reperitur nisi ante verbum *est* versum claudens, sed ante hoc verbum et brevis et longa vocalis eliditur (XI, 11 *palato est*, X, 208 *libido est*), quæ elisio apud priores non solum ante *est* et *es* reperitur sed etiam in concursu vocum, quæ sunt *atque hic, atque hinc, atque huc* (Horatius tamen nulli regulæ obtemperasse videtur). Male igitur nonnulli Juvenalis editores, ubi ultima versus vox in vocalem vel *m* exit, ob asyndeton sequentis versus *et* interserunt. In vocibus monosyllabis, præter in iis, quæ a q incipiunt, et pronomine *se*, imprimis in *num, tum, dum, nam, ni, si*, elisio fere non invenitur; particula

denique *que* ultimo versus vocabulo suffixa, ubi sequens versus a vocali incipit, elisionem respuit.

A voce monosyllaba versum claudente Juvenalis sententiam pendentem vel secundariam raro incipit (sic I, 97, V, 20, VI, 36, XIII, 150), sed in satiræ VI v. 279: *Dic, Dic aliquem* talis vox sententiam novam a præcedente signo graviore sejunctam inducit, cui enormitati poeta repetitione vocis mederi conatus esse videtur. In primo versus pede sententia primaria initium non capit; ubi vero versus a spondeo duas voces monosyllabas complectenti incipit, sententia secundaria in locutionibus, quæ sunt: *Quid, si* (VIII, 183, X, 36), *sunt, qui* (VI, 366), et ubi prior vox interjecta sententia secundaria a sententia, quam inducit, divellitur, ab altera voce passim incipit (V, 40, VI, 363, 520, VII, 219, XIII, 60, 220)[1]); eadem ab altera dactyli voce in sat. XIII v. 203 inducitur, quod, nisi vox prægressa dissyllaba elisionem passa est (ut XIII, 173), rarissimum est (quod a tertia dactyli syllaba nova sententia incipit etiam apud priores usitatus est mos). Quæ quum ita sint, in satiræ primæ v. 169 non *Hæc; animante tuba* sed *Hæc animo ante tubas* legendum est. Ubi spondeus versum incipit, sententia nova apud priores a voce sequenti incipere non solet, nisi vox præcedens trisyllaba est et elisionem passa est[2]); Juvenalis autem ita ab hac hexametri lege discedit,

---

[1]) Virgilius etiam ubi vox monosyllaba totius sententiæ partes agit, post eam incidit: Aen. VII, 546 *Dic*, XII, 143 *Scis*; idem post pronomen incidit, quod interjecta sententia secundaria a sententia, ad quam pertinet, divellitur: VI, 608, VII, 610, et — raro — post substantivum, quod aut simili modo ponitur (II, 536) aut sententia relativa definitur (IV, 607). Ovidius non item.

[2]) Ut appareat, intra quos fines priores a regula declinent, singula exempla afferam: Virg. Aen. IV, 185 *Nocte volat coeli medio terræque per umbram Stridens, nec dulci declinat lumina somno*; (cfr. Juv. VI, 288); VII, 505 *Olli, pestis enim . . latet . . Improvisi adsunt*; XI, 181 *Non vitæ gaudia quæro, Nec fas, sed gnato manes*

ut, ubi aut vox, quæ spondeum efficiat, vel ea, quæ versum praegressum claudat, sententia ea, quæ inducatur, certius definiatur, aut versus a verbo incipiat, cui sententia pendens subjiciatur, post spondeum incidi patiatur: X,99 *Huius, qui* cfr. XIV, 267, VII, 214, VIII, 235, VI, 339, — VI, 211 *illi Uxor, quisquis*, X,355 *Notum, qui pueri qualisque futura sit uxor* cfr. VI, 405, et modo in satira X v. 194 *Quales, umbriferos ubi . . . scalpit mater simia* adjectivum objecti locum tenens sententia interjecta a sententia sua divulsum est. Post spondeum primi versus pedis puncto incidi, lex hexametri vix sinit (post dactylum incidi, frequentissimum est); ne Horatius quidem eo licentiæ processit, quamobrem in satira secunda (a v. 158):

Cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum tædis, et si foret humida laurus.
Illuc, heu, miseri traducimur.

emendatio Madvigii: *laurus Illic. Heu* vix probari potest, quamquam Madvigius vulgatam lectionem veram loci scripturam continere jure negare videtur. Ineptissima est enim illa de necessitate moriendi querela interjecta, neqve poeta hic de morte omnibus subeunda loquitur sed de justo umbrarum risu, quoties talis umbra ad eas descendit. In sat. VIII v. 17: *Squalentes traducit avos* (pro *traducit* sunt, qui *producit* male scribant), quæ voces in simili Romanorum veteris et præsentis temporis comparatione dicuntur, verbo traducendi similis significatio subjicitur (cfr. XI, 31), et Hermannus Madvigii de verbi significatu judicio frustra

---

perferre sub imos. IV, 543 *Quid tum?* IV, 653 *Vixi et, quem dederat cursum, peregi.* Ovid. Met. I, 170 *Nec scit,* II, 420 *retendit Arcus, inque solo . . jacebat*; XV, 230 *Illos, qui fuerant . . pendere lacertos,* I, 526 *Fugit, cumque ipso . . . reliquit.* Apud utrumque poetam exempla rariora sunt. Horatius nulli legi obtemperat cfr. Sat. I, 1, 32, 36; 7, 33; II, 3, 51; 2, 8; Epist. I, 1, 97; 12, 23; II, 2, 63.

repugnat. Juvenalis *illic* sine dubio scripsit, et *illuc* verbo *traducimur* male intellecto debetur (in codice Pithoeano vocalis rasura corrupta legi nequit), sed hoc adverbium cum vocibus sequentibus, non cum præcedentibus, jungendum esse crediderim: *Illic* (apud illos v. 156) *heu miseri traducimur* (ludibrio sumus) cfr. III, 98, 170, V, 10, XV, 94.

In vocibus, quæ sunt *deinde* et *deerit*, synæresis invenitur, et in adjectivo *semianimus-i* in *j* transit; in sat. VI v. 82: *Nupta senatori comitata est Hippia ludium* et in sat. XV v. 27: *Non miranda quidem, sed nuper consule Junio* (in quibus versibus pro *ludium* et *Junio* aliæ formæ, ut *ludum*, *Junco*, interdum substituuntur) in vocem trisyllabam exeunt (cfr. Virg. Aen. VI, 412 et VII, 303 *alveo*, X, 129 *Menetheo*, Ovid. Met. XV, 718 *Antium*, VII, 151 *aureæ*, Hor. Epist. I, 2, 70 *anteis;* sat. II, 2, 21 *ostrea*). In *illius* altera syllaba raro corripitur (VI, 539 *Illĭus*, 572 *Illius;* utroque loco pronomen versum incipit) in *ipsius* nusquam. Poeta denique interdum - sed raro -, imprimis in nominibus nonnullis, contra syllabarum quantitatem leviter peccavit: V, 147 *Getis*, X, 162 *Bĭthyno* cfr. VII, 15 *Bithyni*, in sat. autem XV v. 93 pro *argumentis* legendum est *alimentis*, in sat. VI v. 486 pro *profectura domo præfectura domus.*

De liberiore verborum positu.

Duo membra particula copulativa juncta Juvenalis ita plerumque distrahit, ut inter prius et particulam voces utriusque membri communes, inter particulam et posterius modo additamenta huius interjiciat. Particula copulativa, posteriore membro retracto, priori proxime subjungi solet, priore avulso, a posteriore raro divellitur. Sic ubi duo adjectiva (vel duo genetivi) uni substantivo adhærent, hoc inter prius et particulam copulativam interponi solet: VIII,27 *Rarus civis et egregius*, VIII, 231 *Tuis natalibus atque Cethegi*, XI, 161 *Vini patria atque ministri* cfr. VII, 60, VI, 279, XIV, 114, et interdum verbum enunciationis ei adjungitur: VI, 559 *Magnus civis obit et formidatus Othoni*, VI, 472 *Coctæ siliginis offas accipit et madidæ* cfr. VII, 204, X, 49, XIII, 190, XV, 70; si substantivum adjectivis postponitur, verbum sententiæ inter prius adjectivum et particulam copulativam simili modo interponitur: VI, 237 *Abditus interea jacet et secretus adulter* cfr. VIII, 20, VI, 446, IV, 151. Ut exempla docent, alterum membrum particula *que* non adjungitur (Juvenalis in tali verborum distributione ter tantum ea usus est), sed Horatius, qui pauca huius verborum positus exempla præbet, eam fere ponit (sat. I, 6, 129 *Misera ambitione gravique* cfr. I, 2, 119; 5, 52, 6, 91[1]). Ubi duo substantiva copula-

[1] Et apud Horatium et apud priores is verborum positus, quem tractamus, rarius invenitur, verum Juvenalis ita ab iis

tive juncta sunt, genetivus utriusque communis ante particulam conjunctivam eodem modo interseritur: XIV, 109 *Specie virtutis et umbra* cfr. IX, 68, XIV, 16, 20, et in sat. XIII v. 219 *Templum et violati numinis aras* inter particulam atque alterum substantivum positus invenitur, quod exemplum eo notabilius est, quia apud Augusteæ ætatis poetas vix ullum huius verborum positus exemplum exstat. Verbum deinde, quod ad duo subjecta refertur, aut solum aut cum additamento junctum eandem inter prius subjectum et particulam copulativam sedem fere ubique tenet: VI, 512 *Chorus intrat et ingens semivir*, II, 153 *Curius quid sentit et ambo Scipiadæ* cfr. VII, 102, X, 120, 260 (conferri quoque potest similis verbi in disjunctiva interrogatione positus: VI, 475 *Facies dicetur an ulcus?* II, 41 *Censore opus est an haruspice nobis*, IV, 140); raro inter particulam et alterum subjectum interponitur: XIV, 299 *Quod Tagus et rutila volvit Pactolus arena*, VI, 205, XIV, 9, nusquam autem ei medio interposito particula *que* suffigitur.[1]) Objectum denique, quod duorum verborum commune est, utrique raro postponitur vel præmittitur, et id quoque ante particulam copulativam interseri solet: VI, 436 *Committit vates et comparat* cfr. IV, 46, VI, 496, XV, 150, vel ubi adjectivum ei adhæret, hoc eodem loco ponitur: X, 27 *Moverat unum protuleratque pedem*, aut inter particulam copulativam et alterum verbum interseritur: VII, 26 *Aut clude et positos tinea*

---

discedit, ut membra particula copulativa juncta, quæ illi arbitrio distrahant, certis plerumque regulis divellat. Has adumbrare conabimur, et iis tantum locis comparationem inter eum et priores instituemus, quibus rarius loquendi genus talem requirere videbitur. Apud Persium eius, quem expositurі sumus, verborum positus nullum fere exemplum exstat.

[1] Qui imprimis est mos Horatii. Hic poeta verbum ante particulam posuit: Epist. I, 3, 28; 2, 60, A. P. 237, ante alterum subjectum: Sat. I, 3, 60, II, 4, 45 cfr. Pers. V, 91.

pertunde libellos (quo loco sunt, qui ad *clude* male audiant *ea* sc. opera) cfr. Hor. A. P. 440 *Delere jubebat Et male tornatos incudi reddere versus*, et occurrit quæstio, objectumne eodem loco poni possit. Duo enim loci apud Juvenalem exstant, quibus res utroque trahatur. In satiræ sextæ v. 651 poeta se mulieri, quæ gravi ira incitata peccet, ignoscere posse dicit, et adjungit:

Illam ego non tulerim, quæ computat et scelus ingens
Sana facit.

Alii interpretes voces, quæ sunt *scelus ingens*, ad utrumque verbum referunt, alii, inter quos Heinrichius est, verbum *computat* absolute positum esse dicunt; Rupertius liberam utriusvis enarrandi rationis optionem dat. Verbum computandi in satiræ nonæ v. 40: *Computat ac cevet* absolute ponitur; in sat. X v. 249, VI, v. 199 (annos), I, 117 (sportula quid referat) activa significatio ei subjicitur, ita tamen, ut modo objectum rei, quæ numerari possit, ei addatur. Heinrichius certe recte judicavit. Poeta hoc enim dicit: illæ scelera ingentia audebant, sed non propter nummos (v. 645); quia ira incitatæ peccabant, iis ignoscere possum (v. 646-650), sed illam non tulerim, quæ computat (propter nummos igitur peccat vel alia caussa commota, non ira) et sana scelus ingens facit. Adjectivum, quod est *sana*, adjectivo *iratæ* contrarium ponitur — feminam ira incensam sanæ mentis esse, poeta negat — et cum verbo *facit* jungendum est; in ipso enim computandi verbo talis mentis sanæ notio jam inest, ut nullo additamento opus sit, et voces *sane facit* apte ei adjungantur. Hic igitur locus ad quæstionem propositam dijudicandam nihil confert. In satira XI, quo loco poeta pauperem (Rutilum), si eximie coenet, dementem, divitem (Atticum) lautum haberi docet, alter locus a v. 21 his verbis scriptus est:

Refert ergo, quis hæc eadem paret; in Rutilo nam
Luxuria est, in Ventidio laudabile nomen
Sumit et a censu famam trahit.

Heinrichius incuriam interpretum, qui tam manifestum mendum non perspexerint, accusans subjectum verborum, quæ sunt *sumit et trahit*, omnino deesse dicit, et in verbis *in Ventidio sqq.*, quæ sic enarranda esse putat: *in Ventidio sumit laudabile nomen et famam a censu trahit*, molestam præterea tautologiam inesse contendit. Conjecturæ igitur ope loco mederi conatur et pro *sumit* substituens *sumptus* hanc structuram efficit: *in Ventidio laudabile nomen Sumptus et a censu famam trahit*, quæ neque tautologiam loco movet, neque cum poetæ loquendi usu congruit. Codices deinde consentiunt, et si cohærentiam sermonis tenemus, poeta non sumptui sed vitæ splendidæ vel hominibus potius ipsis, qui sic vivunt, laudabile nomen attribui dicit. Rupertius, qui locum sic enarrat: »luxuria a censu famam trahit, sumit, ducit, si magnus est census, res familiaris, opes, liberalitatis, magnificentiæ et honestatis, si exiguus, luxuriæ famam nomenque obtinet«, nihil egit, nisi vocum idem significantium coacervandarum studio indulsit, et luxuriam famam nomenque luxuriæ obtinere mire dixit. Jahnius (ut Hermannus) Heinrichium sequens verba una serie profert; sic autem ex Juvenalis loquendi usu verba, quæ sunt *laudabile nomen*, subjectum utriusque verbi est, qua structura sententia misera efficitur. Veterum interpretum enarratio: »vivere splendide in Rutilo appellatur luxuria, in Ventidio laudabile nomen ponitur,« eam, quam tractamus, quæstionem non attingens sententiam poetæ recte explicat. Alii editores post *laudabile*, alii post *sumit* incidunt, sed adjectivum *laudabile* a substantivo subsequenti, quocum etiam ob metri rationem arcte cohæret, divelli non debet, et si post *sumit* inciditur. subjectum desideratur, quod desiderari posse Heinrichius recte negat. Vetera quoque scholia voces *laudabile nomen* jungunt. In tantum interpretes dissentiunt. Poeta Ventidium non laudat, sed quum dives sit, eius luxuriam atque vitæ splendorem nominibus probis ab

hominibus, qui virtutem censu æstiment, quod vulgi judicium multis locis acerbe castigat, nominari dicit, et cuiusmodi hæc nomina sint, versus huius satiræ primus: *Atticus eximie si coenat lautus habetur*, atque, ut exemplum ex eadem satira addam, v. 187 docet: *Hæc eadem illi* (divites) *quum faciunt, hilares nitidique vocantur.* Verba, quæ sunt *laudabile nomen*. præcedentibus verbis *luxuria est* contraria ponuntur atque ex poetæ loquendi usu per asyndeton adjunguntur. Poeta hoc igitur dicit: uterque, Rutilus et Ventidius, in regali coenarum apparatu et splendido vivendi modo fortunas exhaurit, sed dum ille, qui sumptibus impar est, vituperatur et luxuriæ accusatione afficitur, huius vitæ degendæ ratio laudatur, nam census eius sumptus tolerat, et homines censum solum spectant. Postquam poeta hoc dixit: *in Rutilo nam luxuria est, in Ventidio*, substantivum aliquod vitium luxuriæ laudabili nomine tegens exspectatur (tale subst., quod adjectivis *lautus, hilaris, nitidus* adumbratur), sed poeta ipsa verba *laudabile nomen* ponens lectori apti nominis optionem dat, quamobrem post *nomen* incidendum est. Subjectum verborum *sumit* et *trahit* in verbis prægressis *quis hæc eadem paret* inest: refert, quis hæc eadem paret, nam famam a censu sumit trahitque. Duas eiusdem significationis voces Juvenalis copulative jungere amat: II, 34 *Jure ac merito*, 64 *Vera ac manifesta*, 80 *Scabie et porrigine*, VI, 147 *Exi et propera*, X, 166 *I atque curre*, II, 131 *Vade et cede*, XIV, 30 *Velocius et citius.* Quod quamquam ita esse, et vocem *famam* ad utrumque verbum referendam esse credo, non negaverim, si apud poetas certum huius verborum positus exemplum non exstaret. et in sola huius loci enarratione res verteretur, post *laudabile*, etsi, imprimis apud Juvenalem, adjectivum ab eodem substantivi casu in eodem hemistichio positi divelli non debeat, incidendum esse, sed et apud Juvenalem voces, quæ aut ad verbum enunciationis aut ad duo verba copulative juncta

pertinent; eodem loco positas videmus (XIII, 223 *Hi sunt, qui trepidant et ad omnia fulgura pallent* cfr. VI, 79, X, 112), quamobrem *sumit et a censu trahit famam* ordo verborum solennis est, et apud Persium objectum hanc sedem tenet: III, 66 *Discite et causas cognoscite rerum*, II, 35 *Tunc manibus quatit et spem macram* (infantem) *suplice voto Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes* cfr. V, 110 *Jam nunc astringas, jam nunc granaria laxes.* Cum primo Persii loco hic quoque Juvenalis locus conferri potest: III, 187 *Accipe et istud fermentum tibi habe*, quem locum, quia varie de eo disputatur, et posthac accuratius eum tractabimus, hic annotasse satis erit. Apud Horatium in Epist. II, 1, 70 *Non equidem insector delendaque carmina Livi esse reor*, substantivum, quod est *carmina*, post particulam copulativam positum et objectum est prægressi verbi et subjectum accusativi cum infinitivo ab altero verbo pendentis, qui verborum positus ad eum, quem tractamus, objecti positum confirmandum aliquid conferre potest, et apud Virgilium locus exstat, quo objectum post particulam copulativam sine dubio positum sit: *Trunca manu pinus regit et vestigia firmat* (Aen. III, 659). Magna interpretum pars ad *regit* audit *eum*, quod pronomen a Virgilio crebro audiri non nego, sed in simili sententiarum conjunctione vix unquam omittitur, quum autem pro *manu* codices nonnulli *manum* habeant, neque hic locus neque illud Horatii exemplum Augusteæ ætatis poetas sic dixisse ita probat, ut res manifesta sit. Ovidius tamen sic dixit: Met. VIII, 433 *Pone age, nec titulos intercipe nostros* cfr. III, 613 *Faveas nostrisque laboribus adsis*, et quid tandem impedit, quominus objectum sic ponatur? Quemadmodum enim, ubi duo subjecta copulative juncta sunt, inter particulam copulativam atque posterius, particula copulativa priori membro proxime subjuncta (qui particulæ positus dignus est, qui animadvertatur, et in omnibus exemplis, quæ objecti posi-

tum tractantes commemoravimus, eum servatum videmus: *regit et, accipe et, sumit et, discite et, quatit et*, ne in uno quidem particula a priore membro divellitur, si posterius voc· utriusque communi interjecta retrahitur), præter additam enta subjecti non solum verbum enunciationis sed etiam alias enunciationis partes utriusque membri communes interponi posse vidimus, sic, ubi duo objecta eidem verbo adjuncta sunt, hoc, quod Juvenalis inter particulam et prius objectum more suo interserit: X, 214 *Qui vix cornicines exaudiat atque tubarum concentus*, eodem loco interdum ponitur: Hor. A. P. 271 *Numeros et laudavere sales*, et adjectivum, quod duobus substantivis adhæret, quodque apud Juvenalem inter prius et particulam copulativam raro interponitur: IX, 123 *Farre suo custodit et ære*, XI, 39 *Ære paterno ac rebus*, simili modo poni posse, docet locus, qui in sat. XIV v. 275 legitur: *Aspice portus et plenum magnis trabibus mare* cfr. VIII, 129 *Per conventus et cuncta per oppida*, qui verborum positus non minus notabilis est quam objecti duorum verborum eodem loco positi vel positus genetivi in exemplo, quod jam attulimus: *Templum et violati numinis aras*. Etiam Persius adjectivum sic semel posuit: II, 31 *Ecce avia aut metuens divum matertera* cfr. Ovid. Met. VIII, 357 *Quum petit aut muros aut plenas milite turres*, Trist. III, 12, 23 *Subruere est arces et stantia moenia virtus*, Met. 10, 92; Virg. Aen. V, 588 *Litora et vacuos sensit sine remige portus;* Hor. Od. II, 13, 18, II, 6, 21. Adjectivum utriusque substantivi commune particulæ copulativæ ubique proxime subjungitur, ut particula copulativa a priore substantivo non divellitur, quæ verborum distributio pæne fixa fuisse videtur. Virgilius adjectivum, quod duo substantiva regit, hoc loco posuit: Georg. II, 498 *Studiorum atque immemor herbæ* cfr. Pers. III, 16 *Tenero columbo et similis regum pueris*, etiam Horatius tale ad· · alteri membro adjungit: Od. II, 19, 28 *Pacis*

nediusque belli, III, 4, 29 *Ludo fatigatumque somno*[1], sed Iuvenalis regulam suam sequens *Templis maturus et aræ*

---

[1] Hæc Horatii forma (cfr. Ovid. Fast. II, 315 *Tophis laqueataque pumice*) re vera eadem est atque Virgilii: *Studiorum atque immemor herbæ* = *Ludo et fatigatum somno*. Particula *que*, ubi voci prægressæ vocem adjungit, ita transponi dicitur, ut vocabulo utriusque vocis communi et medio interposito suffigatur, cuius transpositionis apud Horatium quinque exstant formæ: *Pedes tetigitque crura* (Od., II, 19, 32), *Damnis verisque doloribus* (Epist. I, 15, 57), *Pacis mediusque belli* (Od. II, 19, 28), *In adjunctis ævoque aptis* (A. P. 178), *Inopis quodque pusilli animi* (S. I, 4, 17). Particula igitur ab altero membro divulsa voci interjectæ suffigi dicitur, quod loquendi genus sic quoque explicatur, ut vox illa, cui particula suffigatur, semel posita bis audiatur: *Pedes tetigitque crura* = *pedes tetigit tetigitque crura*, unde origo huius dicendi generis peti non debet cfr. Virg. Aen. VIII, 649 *Indignanti similem similemque minanti*, Hor. Sat. I, 7, 23, *Laudat Brutum laudatque cohortem*, Juv. III, 158 *Pinnirapi juvenes juvenesque lanistæ*. Poetæ certe vocem aliquam ita interdum ponunt, ut semel posita bis audiatur, sed longe alia est talium locorum ratio cfr. Hor. Epist. I, 7, 43 *Atride magis apta tibi tua dona relinquam*. *Pedes tetigitque crura* fere eadem est loquendi forma, atque si poeta *pedes et tetigit crura* dixisset, hoc tantum ab ea differt, quod membra divulsa artius jungit. Sic etiam *Damnis verisque doloribus* ex adjectivo particulæ copulativæ postposito vel alteri membro potius adjuncto ortum est, *Inopis quodque pusilli animi* ex *Inopis et quod pusilli animi* (conjunctionem post particulam copulativam ante alterum membrum interponi posse locus, qui in Hor. Sat. I, 9, 51 legitur: *Nil me officit unquam, Ditior hic aut est quia fortior*, satis docet), et sic ceteræ formæ voci duorum membrorum communi atque alteri antepositæ originem debent. Quia autem poetæ prius loquendi genus prætulerunt, vocabulum utriusque membri commune inter particulas *atque*, *et* et alterum membrum rarius positum invenitur, sed quia vox utriusque membri communis, si particulæ copulativæ postponitur, ei, quemadmodum docuimus, proxime subjungi solet, hinc fit, ut illa vox, cui particula *que* suffigatur, inter utrumque membrum data opera interposita esse videatur. Juvenalis, qui tali adjectivo *que* raro suffigit (VI, 268, VII, 80, 215) atque reliquis Horatii formis omnino abstinet, et adjectivum et verbum et genetivum post particulam copula-

dicit (XII, 7). Juvenalis igitur adjectivum, quod ad duo substantiva copulative juncta pertinet, ante alterum interseruit, et simili modo in sat. XV v. 129, ubi duæ sententiæ junguntur, adjectivum, quod ad objectum prioris sententiæ audiendum est, ante objectum alterius posuit: *Nec poenam sceleri invenies nec digna parabis Supplicia his populis* cfr. Hor. Epist. I, 1, 41 *Virtus est vitium fugere et sapientia prima stultitia caruisse*[1]). Durius etiam in sat. XV. v. 86 *Elemento gratulor et te exultare reor* pronomen in priore sententia audit, nisi locus ita accipi debet, ut poeta non tam pronomen omiserit quam orationis formam mutaverit.

Videmus igitur, hunc membrorum copulative junctorum positum apud Juvenalem certis finibus contineri, eumque aut post prius membrum partes enunciationis utriusque membri communes interjicientem particulam cum altero membro retrahere aut particulam a priore membro non

---

tivam posuit, et quemadmodum is *Templum et violati numinis aras* dicit, sic apud Columellam (VI, 29) *Conspectu novæque rei auditu* scriptum legitur. Satis multi exstant loci, qui a loquendi formis supra positis declinantes rem apertiorem reddant, ut Ovid. Met. XII, 109 *Quum Tenedon suoque Eetioneas implevi sangvine Thebas*; Fast. I, 110 *In faciem redii dignaque membra deo*; Virg. Ecl. VI, 20 *Addit se sociam timidisque supervenit Aegle*; Aen. II, 293 *Sacra suosque tibi commendat Troia Penates*, Hor. Sat. I, 6, 113 *Fallacem circum vespertinumque pererro sæpe forum*. Quia adjectivum, cui *que* suffixum est, ita plerumque positum invenitur, ut a neutro membro divellatur, particula transposita dicitur, ii autem, qui tale adjectivum apud poetas ad utrumque membrum semper referendum esse dicunt, certe errant, et quid hoc Juvenalis loco iidem facient: *Lanatas robumque juvencum?* (VIII, 155).

[1] Hic verborum positus etiam in oratione asyndeta adhibitus esse videtur. In Horatii enim Epist. lib. I, 14 v. 43 *Optat ephippia bos, piger optat arare caballus*, quo loco post *piger* incidi solet, hoc adjectivum a substantivo versum claudente divelli non debet, neque anaphoræ ratio impedit, quominus locus sic accipi possit.

divellentem fere easdem enunciationis partes inter eam et alterum membrum — rarius — interserere. Priorum poetarum licentiam, qui membra arbitrio suo distrahunt, non imitatur, quamobrem formæ, quæ sunt: *Atqui si vitiis mediocribus ac mea paucis Mendosa est natura* (Hor. Sat. I, 6, 55) vel *Namque pila lippis inimicum et ludere rudis* (Hor. Sat. I, 4, 67). apud eum non inveniuntur. Locos aliquot annectam, quos, quia varie enarrantur, nondum commemoravi.

In satira XV, ubi poeta naturam hominibus nihil pulchrius quam lacrimas, illam sensus humani optimam partem dedisse docet, hi versus leguntur (a v. 134):

Plorare ergo jubet causam dicentis amici
Squaloremque rei, pupillum ad jura vocantem
Circumscriptorem, cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.

Cupertius locum sic accusat: »scabra oratio, quæ nec satis suit, si ex multis libris *causam* (vel *casum*) *lugentis amici* reposueris, nam sic particula *que* non voci *squalorem* ad *pupillum* annectenda erat. Forte leg. *causam dicentis amici Squalorem; atque rei pupillum* cet., ut junguntur *rei* (suæ familiaris) *circumscriptorem* aut potius *Squalorem* et *rem* (causam) pupilli a. j. v. C.« Achaintrius substantivum, quod poeta non scripsit, interserens locum sic enarrat: *casum amici causam dicentis et squalorem rei;* alii alia objecta ponentes (*causam, squalorem, pupillum*) *dicentis* vel *se defendentis* dictum esse credunt. Heinrichius Achaintrium vituperans *causam* a *dicentis* divelli non esse recte intellexit, sed verba poetæ, nisi verbum plorandi cum genetivo *amici* junctum credamus, enarrari posse negans, et Græcam hanc construendi rationem propter sequentes accusativos (*squalorem* et *pupillum*) minus verisimilem esse concedens — Juvenalis hoc genetivo nusquam utitur — ex nonnullis codicibus, quorum alii pro *causam*

casum, alii pro *dicentis lugentis* habent, lectionem *casum lugentis* elicit et duplicem loci enarrandi rationem proponit, ita ut aut tria objecta efficiantur: *casum, squalorem, pupillum* aut, quod ipse amplectitur, duo: *casum squaloremque, pupillum.* Neutra autem ratio defendi potest, nam ubi tria membra junguntur, ultimum, prioribus copulative junctis, per asyndeton non ponitur, neque *casum lugentis amici squaloremque rei* pro *casum squaloremque lugentis amici rei* dictum esse potest. Si eum, quem exposuimus, substantivorum et adjectivorum positum spectamus, sive *rei* adjectivum est, sive substantivi loco positum esse putatur (quia sunt, qui rem utroque trahant, neutra ratio prætermittenda est), modo hic verborum ordo: *causam dicentis amici squalorem et rei* cum Juvenalis loquendi usu congruit cfr. *coctæ siliginis offas et madidæ; vini patria atque ministri,* et forma, quæ est: *causam dicentis amici squaloremque rei* modo sic defendi potest, si pro ea: *causam dicentis amici et squalorem rei* dici posse probatur. Pro *dicentis amici squalorem et rei* neque Juvenalis neque, quantum scio, quisquam poeta *dicentis amici squaloremque rei* dixit. Secundum ea, quæ de vocis utriusque membri communis post particulam copulativam positu exposuimus, Juvenalem verba sic distribuisse, probari nequit; nusquam enim sic dixit. Codices dissentire vidimus, eorum autem scriptura rem non expedit, quamobrem locus conjecturæ ope sanandus esse videtur, et parva mutatione res salva fieri potest: *causam dicentis amici Squalorem atque rei* cfr. *coctæ siliginis offas et madidæ; offensæ veteris reus atque tacendæ* (IV,105); *vini patria atque ministri.* Sic asyndeton quoque alterius membri cum Juvenalis loquendi usu congruit.

In satira octava, ubi poeta generosum hominem cum generoso equo comparans hos versus scripsit (a v. 62):

Sed venale pecus Coryphææ posteritas et
Hirpini, si rara jugo victoria sedit.

quo loco pro *Coryphææ* alii *Coryphæi*, alii codicum auctoritati obsequentes *C rythæ* legunt, et Heinrichius particulam copulativam poetarum more transpositam esse dicens verba sic enarrat: *sed venale pecus Coryphææ et* (venalis) *posteritas Hirpini*, substantivum, quod est *posteritas*, verbo subst. omisso, inter priorem genetivum (Coryphææ) et particulam more Juvenalis interpositum est, et locus sic enarrandus: *venale pecus est Coryphææ et Hirpini posteritas.* Poeta equum nobilem et equam victricem tamquam parentes prolis copulat.

In satira quarta, ubi poeta consilium Domitiani ob rhombum imperatori dono datum et mensuram patinæ superantem Roma ad villam Albanam raptim arcessitum irridet, hæc a v. 75 scripta sunt:

Primus clamante Liburno
Currite, jam sedit, rapta properabat abolla
Pegasus att nitæ positus modo villicus urbi.
Anne aliud tunc præfecti? quorum optimus atque
Interpres legum sanctissimus, omnia quamquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Justitia.

Sic Heinrichius locum edit; Rupertius et Jahnius comma post *sanctissimus* positum delent. Multi interpretes hos versus corrigere et substantivum, ad quod *optimus* referri poterat, desiderantes pronomen demonstrativum interserere conati sunt, quos conatus jam antiquis temporibus factos esse, codices satis monstrant, quorum alii *quorum hic optimus*, alii *hic quorum optimus* alii *quorum optimus atque hic* habent. Heinrichius *erat* audit et subjectum nullo modo deesse posse dicens versum spurium esse contendit. Tota vero eius enarratio usque a rapta abolla ad inermem justitiam falsa est; Pegasus enim abollam ad illam Albanam properaturus rapit, non sinus abollæ, ut recentius ante imperatorem prodeat, colligit; quæ ratio

inter notionem villici et præfecti intercedat. Madvigius docet, et particulam *quamquam* non cum verbo *putabat* sed cum *diris temporibus* jungendam esse. jam inde satis elucet, quod hæc particula apud Juvenalem conjunctivum verbi modum asciscit. Versus igitur ejici nequit, neque quidquam in verbis, quæ sunt: *Anne aliud tunc præfecti?* a Juvenalis dicendi genere abhorret: particula enim *anne* in sententia simpliciter interrogante atque cum irrisione quadam conjuncta sæpius ponitur, et quemadmodum hic brevis interrogatio nexum orationis interrumpit, sic in satira septima (v. 199) eadem forma occurrit. Sententia igitur relativa, quæ paullo durius cum interrogatione extra nexum orationis interjecta conjuncta est, ut subjectum desideraretur, effecit, quamobrem locus, tamquam vocibus *Anne aliud tunc præfecti?* omissis poeta sic scripsisset: *Pegasus attonitæ positus modo villicus urbi, qui — putabat*, enarrandus est, et signum post *sanctissimus* positum tollendum. Restat quæstio, qua commoti locum protulimus, utrum *optimus* pro optimo viro positum sit an cum substantivo, quod est *interpres*, conjungi debeat, sed quum nusquam alibi substantivum, ad quod duo adjectiva referuntur, inter particulam copulativam et posterius adjectivum positum inveniatur, quumque hi versus meras Pegasi laudes contineant et optimi viri vel præfecti commemoratio inermis justitiæ notioni aptior sit quam optimi legum interpretis, nulla caussa esse videtur, cur hunc Juvenalis locum unicum talis verborum positus exemplum præbere dicamus.

In satira nona, quo loco Nævoli vita ante acta et templa, quæ libidinis caussa frequentare solebat, commemorantur, a v. 22 sic scriptum est:

Nuper enim, ut repeto, fanum Isidis et Ganymedem,
Pacis et advectæ secreta palatia Matris
Et Cererem (nam quo non prostat femina templo?)
Mufidio moechus celebrare solebas.

Sic Heinrichius (et recentissimæ editiones) versus distingvit et adnotat: statuam Ganymedis in templo Jovis; in nullo alio templo de Ganymede cogitari potest; ergo genus loquendi neque ambiguum neque durum est. Immo est tam ambiguum et durum, ut poeta sic scripsisse non potuerit. Primum enim, quamquam in particularum copulativarum usu poeta mire fluctuat, nullum eiusmodi exemplum exstat, quod quatuor membra enumerans alterum particula *et*, tertium sine copula, quartam eadem particula *et* annectat, deinde, si post *Ganymedem* inciditur, substantivum, quod est *Isidis*, eum inter duo substantiva *(fanum et Ganymedem)* locum tenet, ut posterius ex Juvenalis loquendi usu necessario cum eo jungendum sit, tum nomen personæ, quod est *Ganymedes,* ubi mera templorum vel eorum nomina enumerantur, pro Jovis templo, licet statua Ganymedis in eo posita fuerit, dictum esse non potest, quamvis Rupertius nomen ea de caussa poni posse confirmet, quod Ganymedes catamitus et Juppiter moechorum potissimus fuerit; *advectæ* denique *matris* in palatio templum secretum erat, pacis in foro templum non secretum sed celeberrimum atque variis vitæ quotidianæ actionibus destinatum, et templum *Matris* ob situm *palatia* appellari potest, non *pacis.* Heinrichii enarratio tantam dubitationem movet, ut, licet ex nullo alio loco Ganymedis statuam in pacis templo collocatam fuisse sciamus, ex hoc loco conjiciendum sit. Commate post Ganymedem deleto omnia recta sunt: omnia membra eadem particula copulativa *et* conjuguntur, *Ganymedem pacis* præcedenti *fanum Isidis* respondet, nomen *Ganymedis* non pro Jovis templo ponitur, *palatia secreta* modo ad *Matrem* pertinet, lector, qui ob positum vocis *Ganymedem* genetivum exspectat, in subsequenti *pacis* eam conjungere non dubitat, apud Juvenalem genetivus denique inter duo substantiva ante particulam copulativam non ita ponitur, ut ad utrumque non pertineat. Nihil præterea impedit, quominus statua

Ganymedis in pacis templo collocata fuerit; in hoc enim templo, quod antiquo pacis templo igne absumpto a Vespasiano ædificatum atque, ut apud Josephum, Dionem, Plinium legimus, multis statuis picturisque eximie ornatum erat, et disputationes haberi solitas et bibliothecam fuisse notum est, ita ut inter statuas, quæ nusquam, quod sciam, accuratius describuntur, Ganymedis quoque statuam positam fuisse, incredibile non sit.

In satira XIII, ubi poeta vitia omnia Romæ ita abundare docet, ut si scelus ante inauditum committatur, nemo jam stupeat. a v. 162 hæc scripta sunt:

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
In Meroe crasso maiorem infante mamillam?
Cærula quis stupuit Germani lumina, flavam
Cæsariem et madido torquentem cornua cirro?

Ex prægresso genetivo *Germani* accusativus *Germanum* ad participium *torquentem* vulgo auditur, sed substantivum, quod est *Cæsariem*, eam inter duo adjectiva *(flavam* et *torquentem)* sedem tenet, quam apud Juvenalem substantivi, ad quod duo adjectiva pertineant, propriam esse docuimus, quumque duo membra per asyndeton poni frequentissimum sit, et notio verbi, quod de persona agente dici solet, ad rem, qua vel in qua agitur, crebro transferatur, nihil caussæ est, cur loquendi genus, a quo Juvenalis omnino abstinet, hoc loco inesse putetur.

Vexatissimi sunt denique versus satiræ quartæ primi (1—4):

Ecce iterum Crispinus, et est mihi sæpe vocandus
Ad partes, monstrum nulla virtute redemptum
A vitiis, æger solaque libidine fortis:
Delicias viduæ tantum (a)spernatur adulter.

Pro *et est* crebro *adest* legitur. Adjectivum, quod est *æger*, ita explicatur, ut idem atque »infirmus, enervatus,

debilis« valere dicatur, et confertur Senecæ locus: »isti expoliti et nusquam nisi in libidine viri«. Hoc recte dicitur, illud falso, nam idem et expolitus et vir esse potest, non item et æger et fortis. Substantivum, quod est *libidine*, ad prius quoque membrum audiendum est (cfr. Sall. Jug. XXIX *æger avaritia*), et adjectivum *fortis* hoc loco non de corporis viribus sed de animo dicitur: in sola libidine fortis est; viduas aspernatur, matronas et virgines Vestales (v. 10) corrumpit. hinc *adulter* vocatur, quod substantivum prægressum *monstrum* (v. 2) excipit. Talis autem orationis distributio, qualem hi versus habent, nusquam apud Juvenalem reperitur neque ferri potest, nam ultima sententia per finitum verbi modum elata duobus appositis præcedentibus male adjungitur, quum Juvenalis in tali sententiarum conjunctione aut eandem orationis formam servet aut relativa sententia periodum claudat, et adjectiva (*æger* et *fortis*), ubi substantivum *monstrum* prægreditur, substantivum desiderant. Jahnius igitur versus ultimos sic scribit:

A vitiis, ægræ solaque libidine fortes
Deliciæ: viduas tantum spernatur adulter.

sed neque meliorem orationis distributionem efficit, neque substantivum, quod est *deliciæ*, sic poni potest, neque codices emendationem commendant. Substantivum *delicias* cum *viduæ* jungi debet, neque intelligo, quo jure in enarratione harum vocum a Rupertio discedatur; poeta certe multis locis lepide jocatur, sed eum *delicias viduæ* scribentem de uxore Crispini cogitasse, haud facile cuiquam concesserim. *Vidua* apud Juvenalem est ea, quam nemo maritus — sive innupta est, sive maritus mortuus est (sive doti obnoxius est cfr. VI, 141 *vidua est locuples quæ nupsit avaro*) — nulla lex defendit. Substantivum, quod est *adulter*, alterum appositum sine dubio est et ex Juvenalis loquendi usu, quia pondus aliquod ei additur,

periodum claudit. In verbo *aspernatur* mendum latere videtur, et fieri potest, ut Juvenalis *aspernatus* scripserit cfr. v. 112 *Fuscus marmorea meditatus proelia villa*, et locus sic scribendus sit:

Ecce iterum Crispinus et est mihi sæpe vocandus
Ad partes: monstrum nulla virtute redemptum
A vitiis, æger solaque libidine fortis
Delicias viduæ tantum aspernatus adulter.

In sat. primæ v. 6 et sat. VI v. 541 periodus simili modo exit: *corruptus Osiris*, *finitus Orestes*, cfr. II, 29 *pollutus adulter*, I,78 *prætextatus adulter*, et participium *aspernatus* participio prægresso *redemptum* apte respondet. In codicibus r et s crebro permutantur, et in sat. VII v. 88—89, ubi codices optimi habent:

Ille et militiæ multis largitur honorem
Semenstri digitos vatum circumligat auro

Jahnius sic pro *largitur* edidit *largitus*. Ea enim est huius loci ratio, ut sic scribendum esse credam, et hi versus notabile rhetoricæ orationis distributionis, ad quam metri rationem exponens attendi, exemplum præbent. Positus enim vocum, quæ sunt *multis* et *vatum*, quæ eodem versus loco post graviorem cæsuram ita collocantur, ut verbum iis subjungatur, certam inter eas intercedere rationem satis manifesto prodit: multis honorem eum largitus vatibus quoque eum largitur (non ob honorem vati aurum semenstre dat, sed quia promiscue id dare solet).

Priusquam a positu substantivorum et adjectivorum adhærentium in eadem enunciatione distributorum digredimur, eum cum metri ratione apud Juvenalem arcte cohærere prætermittendum non putavi. Adjectivum (genetivus adjungi potest) extremo versus loco positum a substantivo in eodem hemistichio post graviorem cæsuram eodem casu posito nullo modo divelli posse, Madvigius (opusc. Acad.)

locuit, neque minus crebro substantivum (adjectivum) versum incipit, et adjectivum (substantivum) versum claudit VI, 522, 454; X, 119, 138, 168, 182, 187, sed multo crebrius substantivum et adjectivum (pronomen, genetivus) adhærens in altero versus hemistichio aut in utroque ita distribuuntur, ut, ubi alterum (imprimis substantivum) versum claudit, alterum aut quartum pedem claudat, aut ita ponatur, ut ultima eius syllaba arsin quarti vel tertii pedis constituat[1]). Sic in sat. VII a v. 42:

In qua sollicitas imitatur janua portas.
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis et magnas comitum disponere voces;
Nemo dabit regum, quanti subsellia constant
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.

bique, uno versu excepto, ultima prioris nominis syllaba in cæsura ponitur. Talibus ergo locis, quales sunt: *Sermonem indocti, faciem deformis amici* (III, 87) vel *Ille metit barbam, crinem hic deponit amati* (III, 186), nullo modo *indocti* ab *amici* neque *barbam* ab *amati* divelli potest, neque recte Hermannus in satiræ XIV v. 31:

---

[1]) Quam sæpe hic positus a Juvenale adhibeatur, et quam caute verba sic posita divelli debeant, facile apparebit, si, singulis exemplis prolatis, ex eadem satira cetera adnotaverimus: X, 117 *Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ* cfr. v. 19, 52, 81, 157, 166, 171, 192, 193, 200, 221, 261, 273; X, 31 *Sed facilis cuivis rigidi censura cachinni* cfr. v. 31, 40, 43, 45, 53, 63, 83, 91, 104, 116, 133, 141, 149, 199, 242, 255, 256, 257, 262, 267, 274, 276, 281, 294, 296, 298, 299, 348, 353; X, 172 *Mitte, sed in magna legatum quære popina* cfr. v. 12, 17, 18, 22, 27, 37, 42, 49, 76, 84, 107, 109, 110, 111, 119, 121, 122, 125, 128, 136, 156, 158, 162. 178, 186, 194, 205, 213, 217, 238, 239, 247, 264, 270, 275, 277, 282, 292, 303, 323, 353, 357; in quarto igitur quoque versu hanc substantivorum et adjectivorum distributionem adhibitam invenimus.

Sic natura jubet: velocius et citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Quum subeant animos auctoribus.

ante *domestica* incidit (idem pro *subeant* scribit *subeunt*, sed ultima sententia caussam continet, cur exempla domestica citius corrumpant). Substantivum *exempla* adjectivum poscit, et Juvenalis, quia adjectivo *magnis* pondus addendum est, particulam ei postponit. Exstant certe loci, quibus adjectivum, quod versum claudit, ad substantivum in eodem hemistichio positum non pertineat, sed ubique substantivum, cui adhæret, aut in altero hemistichio positum est aut sequentem versum incipit (ut in sat. VI v. 25 *Conventum tamen et pactum et sponsalia nostra Tempestate paras* cfr. XIV. 218), et sic locus, qui in sat. XIV a v. 16 his verbis scriptus est:

Mitem animum et mores modicis erroribus æquos
Præcipit atque animas servorum et corpora nostra
Materia constare putat paribusque elementis

accipi debet. Pronomen enim *nostra*, quod Madvigius attigit (opusc. p. 58 in nota), ad substantivum, quod est *materia*, referri debet (non *Materia paribusque elementis*), quod ita esse jam inde elucet, quod genetivus inter duos accusativos ante particulam copulativam interpositus *(animas servorum et corpora)* apud Juvenalem, qui fere ubique hunc verborum ordinem adhibet, ad utrumque referendus est. In satira vero XIII: *Quas et Cædicius gravis invenit et Rhadamanthus* (v. 197), ubi ambigitur, utrum adjectivum, quod est *gravis*, ad Cædicium an ad Rhadamanthum pertineat, si hunc locum cum satiræ quintæ v. 57: *Quam fuit et Tulli census pugnacis et Anci*, ubi verba simili modo distributa sunt, comparaverimus, *gravis* ad Cædicium referendum esse verisimile erit. *Pugnacis* enim cum *Tulli* jungendum est cfr. Virg. Aen. VI, 815 *Residesque movebit Tullus in arma viros*, neque apud Juvenalem alterum *et* ulli eius membri, quod adjungit,

voci postponitur. Adjectivum in altero hemistichio, substantivum in altero poni frequens esse vidimus; his locis casu factum est, ut tale adjectivum et ad substantivum in priore et ad substantivum in altero positum, quod ad formam attineret, referri posset; quum autem lector ob priorem particulam *et* ante nomen proprium nulla voce interjecta ita collocatam. ut alterum nomen exspectaretur, adjectivum priori substantivo, cui proxime subjungeretur, adjungere non dubitaret, hi loci nihil duri habuisse videntur.

Locum ex satira sexta subjungam, ubi poeta, postquam annulum Berenices ob splendorem et famam celebrem commemoravit, hæc addit (v. 158):

Hunc dedit olim
Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori.

Vetus scholiastes hos versus sic enarrat: »hunc dedit barbarus quidam (quem Ptolemæum esse vult) et Agrippa incestæ sorori,« sed ut Berenicen, Ptolemæi sororem, et Juliam, neptem Augusti, cum nomine Berenices et incestu Agrippæ conjungat, mire omnia confundit. Apud Juvenalem nusquam alibi, subjecto non mutato, non modo verbi et objecti sed ne verbi solius quidem anaphoram invenimus, nam quod subjectum et verbum interdum repetitur, aliud est, ita ut, si quis non de uno viro neque de una sorore sed de duobus viris, barbaro (Ptolemæo) et Agrippa, et duabus eiusdem nominis sororibus incestis, Berenice Ptolemæi et B. Agrippæ, poetam cogitasse credat, non mirandum sit. Ovidius autem: *Quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo* (Am. III, 9, 21) dixit et Virgilius: *Me famulo famulamque Heleno transmisit habendam* (Aen. III, 329), quos locos si cum locis Juvenalis, quibus talem verborum distributionem invenimus, qualis est: *Per calamos venatricis pharetramque puellæ* (XIII, 80), conferimus, quamquam ob insolentiorem anaphoram et duplicem distributionem memorabilis est locus, vix dubium est, quin enar-

ratio de nota illa Agrippæ maioris filia libidinosa et fratre Agrippa minore, Iturææ rege, præferenda sit.

A liberiore adjectivorum et substantivorum in eadem sententia distributione ad substantivi (vel substantivi et adjectivi), quod duarum sententiarum commune est, ad alteram transpositionem tractandam transeamus. Ante omnia ad eum Juvenalis usum attendamus, quod subjectum ab initio sententiæ ita retrahi solet, ut aut nudum aut cum additamento (adjectivo vel participio) junctum ultimum sententiæ locum teneat; hunc enim loquendi usum, cui poeta eximie favet, ad ea, quæ tractaturi sumus, illustranda non parvi momenti esse puto: I,4 *Impune diem consumpserit ingens Telephus aut summi plena jam margine libri Scriptus et in tergo necdum finitus Orestes;* VI, 539 *Illius lacrimæ præstant, Ut veniam culpæ non abnuat ansere magno Scilicet et tenui popano corruptus Osiris* cfr. XIV, 34, VII, 35, VI, 81. Subjectum duarum sententiarum copulative junctarum commune in altera sæpe ponitur et ita plerumque, ut a verbo non divellatur: VII, 63 *Qui locus ingenio, nisi quum se carmine solo Vexant et dominis Cirrhæ Nysæque feruntur Pectora nostra;* VI, 248 *Quem* (palum) *cavat assiduis sudibus Atque omnes implet numeros ... matrona*[1]) cfr. VII, 20, X, 287, XIV, 194, quod idem in sententiis sine copula junctis rarius invenitur: II, 63 *Dat veniam corvis, vexat censura columbas,* XIII, 187 *Plurima felix Paullatim vitia atque errores exuit omnes, Prima docet rectum sapientia,* et rarum subjecti in altero interrogationis disjunctivæ membro positi exemplum locus præbet, qui in satira XIV a v. 15 his verbis scriptus est:

---

[1]) Modo hoc loco et in sat. III v. 252: *Quas recto vertice portat Servulus infelix et cursu ventilat ignem* sententiæ relativæ, subjecto non mutato, nova sententia particula copulativa ita adjungitur, ut pronomen relativum in ea non audiatur. Apud Virgilium et Ovidium hic loquendi usus frequens est; non apud Horatium.

Mitem animum et mores modicis erroribus æquos
Præcipit atque animas servorum et corpora nostra
Materia constare putat paribusque elementis,
An sævire docet Rutilus, qui

Imprimis adjectivum (vel pronomen, participium, non genetivus), quod ad subjectum pertinet, in altera sententia, subjectum in altera ponitur: X, 41 *Quippe tenet hanc sudans publicus et, sibi consul Ne placeat, curru servus portatur eodem,* IV, 60 *Ubi quamquam diruta servat Ignem Troianum et Vestam colit Alba minorem,* cfr. XIII, 29, XIV, 3, et sic accipiendus est locus, qui in satira XII a v. 91 legitur: *Longos erexit janua ramos Et matutinis operatur festa lucernis,* de cuius loci enarratione ob minus perspectum hunc verborum distribuendorum usum varie disputatur. In accusativo cum infinitivo hæc substantivi trajectio apud Juvenalem non reperitur. Ubi sententia secundaria primariæ subjicitur, subjectum utriusque sententiæ commune, si nullo adjectivo certius definitum est, sententia primaria ad secundariam crebro transfertur: VII, 62 *Satur est, quum dicit Horatius euhoe!* XV, 171 *Quid diceret ergo Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret Pythagoras* (quo loco post *videret* vulgo inciditur) cfr. VI, 175-178, IV, 71, sed ubi adjectivum subjecto adhæret, nusquam apud Juvenalem (neque, quantum memini, apud Horatium et Virgilium), quod in sententiis copulative vel sine copula junctis frequens esse supra vidimus, adjectivum in altera sententia, substantivum in altera positum invenitur, verum et subjectum et adjectivum adhærens in sententia secundaria interdum ponitur: X, 289 *Formam optat modico pueris, maiore puellis murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater* (quo loco ab omnibus inciditur ante *anxia*). Jam aliud transpositionis genus occurrit. Substantivum enim, quod sententiam relativam constituit, etiam ubi sententia relativa demonstrativam vel pronomen demonstrativum sequitur, crebro ei

interponitur: VII, 170 *Fusa venena silent, malus ingratusque maritus Et quæ jam veteres sanant mortaria cæcos* cfr. I, 115, VII, 45-46, VIII, 264-265, et ubi adjectivum (pronomen) ei adhæret, hoc in sententia primaria remanet: II, 41 *Unde Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo Quæ tibi;* XIV, 84 *Festinat ad illam, Quam primum prædam rupto gustaverat ovo,* verum hac re Juvenalis in tali substantivo ponendo a prioribus poetis discedit, quod, locis supra citatis exceptis, substantivum ultimo sententiæ relativæ loco semper ponit, ita ut ambigi possit, utrum ad sententiam relativam pertineat, an ad primariam revocandum sit: III, 257 *Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat Axis;* V, 80 *Aspice, quam longo distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla,* VIII, 251 *Atque ideo, postquam ad Cimbros stragemque volabant, Qui nunquam attigerant maiora cadavera corvi;* III, 267 *Nec habet, quem porrigat ore trientem;* XIII, 94 *Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego nummos;* VII, 243 *Accipe, victori populus quod postulat aurum.* Heinrichius ante *squilla* incidit, Hermannus ante *corvi*, Jahnius ante *nummos*, omnes ante *aurum*. Quemadmodum in exemplis superiore loco positis substantivum, quod sententiam relativam constituit, post verba nonnulla eius ita ponitur, ut, utrum sententiæ interpositum sit, an pars eius facta sit, ob formam ubique servatam dignosci non possit. sic his quoque locis forma servatur, sed in sat. III v. 55: *Tanti tibi non sit opaci Omnis arena Tagi quodque in mare volvitur aurum* particula *que*[1]) rem prodit. Jam exempla, quæ adjectivum vel pronomen tali substantivo adjungunt, congeramus: X, 272 *Sed torva canino Latravit rictu, quæ post hunc vixerat uxor;* VI, 358 *Nec se metitur ad illum, Quem*

[1]) Mire Ovidius in simili sententiarum conjunctione particulam *que*, ubi verbo sententiæ primariæ alterum verbum adjungit, pronomini relativo suffixit: Met. VII, 78 *Solet a ventis alimenta resumere, quæque Parva sub inducta latuit scintilla favilla Crescere.*

dedit hæc posuitque modum (Heinrichius, Jahnius, Hermannus priore loco ante *uxor* incidentes hoc substantivum sententiæ primariæ adjungunt, altero iidem *modum* a sententia relativa non divellunt); in sat. III v. 90 *Miratur vocem angustam, qua deterius nec Ille sonat, quo mordetur gallina marito* omnes codices consentiunt (Rupertius aut *qua deterius nec Illa sonat, quæ mordetur gallina marito* aut *Ille sonat, cui mordetur gallina, maritus* aut *Ille sonat, cui mordetur gallina marito* legendum esse censet, quæ ultima lectio ob Horatii *Illi, scripta quibus comoedia prisca viris* Heinrichio mire placet), sed in sat. XI v. 85: *Accedente nova, si quam dabat hostia, carne* et in sat. X v. 254: *Quærit ab omni, Quisquis adest socius* codices scripturam variant: *carne, socio; carnem, socius.* Codex Pithoeanus habet *carne, socius;* maior bonorum codicum pars *carnem, socius.* Codici Pithoeano obtemperandum esse videtur, hæc enim exempla unius generis non sunt. Juvenalis notionem substantivi etiam adjectivo vel participio posito per relativam vel aliam circumlocutionem ita exprimere amat, ut sententiam adjungat, quæ eam substantivi notionem, quæ addenda est, non solum contineat, sed certius etiam definiat vel cui condicionem annectat: X, 210 *Nam quæ cantante voluptas, Sit licet eximius citharoedus sitve Seleucus Et quibus aurata mos est fulgere lacerna* (quo loco Jahnius, quem Hermannus sequitur, ex quinque codicibus, inter quos codex Pithoeanus est, pro *citharoedus* in textu posuit *citharoedo*, quod ferri non potest, nam sic voces *sitve Seleucus* verbis *Sit licet eximius* male adjunguntur, neque, si pro *sitve* substituitur *sive*, quæ particula in tali junctura apud Juvenalem non invenitur, locus emendatur, nisi emendatio ad *Seleucus* quoque extenditur et *Seleuco* scribitur), quo genus quoddam attractionis oritur, et sic posterior locus accipiendus est; in priore exemplo adjectivum, quod est *nova*, singulari vi in cæsura positum, ubi voces *si*

quam sententiam interjectam apte inducunt, *carne* requirere videtur cfr. Hor. Sat. II, 2, 27 *Num vesceris ista, quam laudas, pluma.* Restat denique locus, qui in satira quinta a v. 87 legitur: *At hic, qui Pallidus affertur misero tibi caulis, olebit Lanternam*, qui Juvenalis locus rarius relativæ attractionis exemplum præbens, qua et substantivum, quod sententiam relativam constituit, et adjectivum adhærens sententiæ relativæ adjuncta sunt, non minus evidenter structuram verborum prodit, quam apud Horatium verba, quæ sunt: *Quis non malarum, quas amor curas habet, hæc inter obliviscitur* (Epod. II, 37), quale exemplum apud Juvenalem non invenitur. Hic substantivi in clausula sententiæ relativæ positus Juvenalis proprius est et apud priores, qui aut pronomini relativo id subjungunt aut sententiæ interponunt, rarius invenitur[1]), sed modo iis locis poeta attractioni favisse videtur, quibus formam substantivi immutatam servare potuerit, unde factum est, ut in tanta exemplorum copia bis tantum casus mutatus discerni posset. Ad hanc substantivi transpositionem tractandam transeuntes ad eum Juvenalis loquendi usum attendimus, quod subjectum ab initio sententiæ usque ad clausulam retrahere amat; eundem eius positum etiam in attractione servat. At, dixerit aliquis, nonne tota hæc apud Juvenalem attractio relativi loco, qui in satira XIV a v. 142 legitur: *Maiorque videtur Et melior vicina seges, mercaris et hanc et Arbusta et densa montem qui canet oliva* funditus evertitur, nonne huc locus: *Unde hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo Quæ tibi?* trahi debet? Substantivum, quod sententiam relativam constituit, non

[1]) Hor. sat. I, 1, 87 *Si nemo præstat, quem non merearis amorem*; II, 2, 86 *Tibi quidnam accedit ad istam, Quam puer et validus præsumis mollitiem*; Ovidius plurima exempla præbet: Met. II, 440 *Est oblita pharetram Tollere cum telis et quem suspenderat arcum*, III, 121 *Exspirat modo quas acceperat auras.*

semper in hac poni, notissimum est, et vocabula sententiæ primariæ apud poetas uni (raro pluribus) sententiæ secundariæ voci postponi, tam frequens est, ut hoc attigisse satis sit. Hoc vero loco, quod rarissimum est, id substantivum, quod sententiam relativam constituit, uni huius voci postpositum est *(densa montem)*, quum autem pronomen relativum ab initio sententiæ avulsum sit, quumque non solum substantivum, quod definitur, ei proxime antecedat, sed verbum quoque sententiæ id subsequatur, nihil caussæ videtur, cur a simplici explicandi ratione abeamus, et Juvenalem, ubi substantivum versum claudat, adjectivum adhærens ita ponere amare, ut cæsuræ pondere efferatur, unde caussa mutati verborum ordinis sine dubio petenda est, jam commemoravimus *(densa-oliva)*. Quod ad alterum locum attinet, verbum sententiæ relativæ *(spirant)* substantivo antepositum hoc sententiæ relativæ adjunctum esse docet.

Non paucis locis interpretes errore liberioris substantivi transpositionis labentes aberraverunt, quum autem tot supra posita sint, neque quidquam dubii inesse possit, modo unum, quem, quia de enarratione eius valde dissentitur, adhuc distuli, hic adjungam. In satira octava, postquam poeta dissolutos nobilium Romanorum operam scenæ et amphitheatro locantium mores depinxit, cui loco Madvigius egregiam lucem admovit, hæc a v. 199 scripta sunt:

Et illic
Dedecus urbis habes: nec mirmillonis in armis

---

[1]) Etiam Ovidium simili transpositioni in lib. Metam. VIII v. 37 indulsisse credo. Locus sic scriptus editur:

Felix jaculum, quod tangeret ille,
Quæque manus premeret, felicia frena vocabat

Insolens est forma sententiæ relativæ, quæ particula *que* adjuncta substantivum desiderat, quamobrem Ovidius, ut verba *felicia frena* eodem ordine quo *Felix jaculum* efferrentur, adjectivum sententiæ rel. interposuisse videtur.

Nec clypeo Gracchum pugnantem aut falce supina,
Damnat enim tales habitus, et damnat et odit,
Nec galea faciem abscondit; movet ecce tridentem,
Postquam librata pendentia retia dextra
Nequidquam effudit, nudum ad spectacula vultum
Erigit et tota fugit agnoscendus arena.
Credamus tunicæ, de faucibus aurea quum se
Porrigat et longo jactetur spira galero.

Post *tridentem* (v. 203) Hermannus *et* ponit, quam particulam neque metri neque loci ratio admittit. Particula enim *et* versum claudens elisionem ante se respuit (Hermannus sæpius vocem monosyllabam contra metri rationem interserit cfr. VII, 88, XIII, 82). neque sequentia verba *nudum ad spectacula vultum Erigit* particula copulativa vocibus *movet ecce tridentem* apte adjunguntur (*movet ecce tridentem et rete effundit*), sed poeta hoc loco, ut sæpius, orationis formam paullum immutavit. Voces *movit ecce tridentem* lectorem a morum et Gracchi descriptione ad ipsam arenam et pugnam incipientem vivide avocant; verba sequentia Gracchi post rete frustra jactum fugam describunt; ipse retis jactus non commemoratur. Miræ autem versuum, qui sunt: *Credamus tunicæ, de faucibus aurea quum se sqq.* enarrationes usque a vetere scholiasta ad recentiores interpretes leguntur, quibus, Heinrichii enarratione prolata, quum ex eodem fonte manent et iisdem fere erroribus obnoxiæ sint, supersedere me posse arbitror. H. locum sic enarrandum esse dicit: *quum aurea tunica se de faucibus porrigat, et aurea spira longo galero jactetur;* adjectivum, quod est *aurea*, ad utrumque subjectum pertinere et in altero membro audiendum esse contendit. Quod ullo modo fieri posse pro certo negaverim; ex iis enim, quæ supra adjectivorum et substantivorum in similibus sententiis distributionem tractantes diximus et exemplis prolatis probavimus. adjectivum *aurea* modo ad substantivum, quod est *spira*, referri posse apparet; simplex enim illud loquendi genus, quod

pud Juvenalem frequens esse docuimus, hoc quoque loco xstat, quod duæ sententiæ copulative ita junctæ sunt, ut ubjectum utriusque commune in altera, adjectivum adærens in altera ponatur, quamobrem structura verboum hæc est: *quum aurea spira, de faucibus se porigat et longo galero jactetur*[1]). Orellium cum Heinichio consentire, verba eius docent: »si res ipsa incredilis videtur, ex tunica tamen Saliari aureis segmentis c fibulis ornata et pulcherrima fascia, quibus galerum ub mento stringit, pro certo colligimus, nobilem homiem nos vidisse pugnantem.« Uterque adjectivum *aurea* um substantivo *tunica* conjungens tunicam Salii pictam fficit galerumque pro apice solemni Saliari sub mento pira vel funiculo aureo et torto vincto positum esse dicit, ed sic Juvenali, quæ non scripsit, attribuuntur. Ponamus tiam, adjectivum *aurea* ad tunicam referri posse, quis racchum Salium fuisse affirmaverit? In satiræ secundæ . 117 Gracchus quidam commemoratur, qui cornicinem in atrimonium legitime ducit, et ille fortasse Salius est, sed i eadem satira paullo inferius, ubi sub eodem nomine obilis gladiator latet, ne Heinrichius quidem hunc Gracum eundem atque illum esse putat; hic vero Gracchus nicatus sine dubio idem est, qui hoc loco commemotur. Ex tunicæ solius commemoratione, quam contra rammaticam rationem auream fingunt, Orellius et Heinchius hunc Gracchum eundem esse atque illum secundæ atiræ Gracchum, et utrumque Salium fuisse colligunt, sed ictæ tunicæ in satira illa nulla mentio fit, et Gracchus *nicatus* vocatur, quo nomine retiarii, qui tunica induti gnabant, rarius vocantur. Quibus argumentis probat ræterea egregius interpres primum Salium in arenam de-

[1]) Etiam apud Persium in sat. IV v. 11 *Rectum discernis, ubi inter Curva subit vel quum fallit pede regula varo* simplex subjecti trajectio errores movit.

scendere potuisse, deinde eum ita pugnasse, ut insignia sua retineret. Salium in arena pugnantem nusquam commemorari et dubitationem movere concedit, ceterum silet. Tota igitur argumentatio, quæ in adjectivo, quod est *aurea*, cum substantivo *tunica* falso conjuncto posita est, fundamentis eversis ruit. Quid porro est illud: *Credamus tunicæ, quum aurea spira longo galero jactetur*, si spira est nodus vinculi, quod galerum astringit? Qui est *longus galerus?* Num poeta sic dixisse potest? Quid illud: *Credamus tunicæ, quum se de faucibus porrigat?* Num poeta sic tunicam solemni modo corpus tegentem descripsit? num tunicam retro a tergo fluctuantem intelligi vult? Quum denique verba: *nudum ad spectacula vultum Erigit et tota fugit agnoscendus arena* omnes spectatores Gracchi faciem agnoscere posse dicant, nonne sequentia verba: *Credamus tunicæ sqq.*, quibus tunicæ incertæ magis quam faciei certæ credi posse indicatur, mire langvent, et poeta melius hoc dixisset: agnoscimus faciem Gracchi; credamus igitur, eum tunicam retiarii nobili Romano indignam sumpsisse et in arenam descendisse. Hoc autem poeta re vera dixit, et sic etiam vetus scholiastes locum accepisse videtur. Scribit enim: »*Tunicam de faucibus* quidam vestem gladiatoriam dicunt, quam fibula pugnaturis mordet a faucibus«, et *galerum* sic idem describit: »est humero impositum gladiatoris huiusmodi aliquid, quo citius sparsum funem vel jactatam retiam colligat«, quam vocis significationem confirmans Garrucius dicit, galerum esse manicam e corio vel ære factam, qua retiarii sinistrum bracchium tegeretur, quæque supra humerum exstaret. Idem spiram docet non fuisse nodum funiculi, quo tegumen capitis sub mento astringeretur, sed funiculum gladiatorium, qui in signis atque tabulis pictis a sinistro humero ad dextram coxam circumcurrens et manicam cum balteo conjungens videri possit. Quod ad vocum

ıleri atque *spiræ* significationem attinet, Garrucio obtem-
ırandum est, præsertim quum veteris scholiastæ verba
ınc explicationem commendent, et adjectivi, quod est
ngo, significatio sic illustretur, quo accedit, quod retiarii
ıdo capite pugnare dicuntur, sed quomodocunque hæc
nt, enarratio scholiastæ verborum, quæ sunt *tunicæ de*
ucibus, ea de caussa minus placet, quia, licet illa verba,
od non credo, certam vestem gladiatoriam indicare pos-
ıt, junctura verborum, quæ est: *Credamus tunicæ de*
ucibus, *aurea quum se sqq.*, neque cum Juvenalis lo-
endi usu congruit, neque loci difficultates tollit. Ipsum
im verbum, quod est *porrigat*, commemorationem aut
i, quo motus, qui in verbo inest, tendit, aut loci, unde
tus exit, aperte desiderat, quumque voces *de faucibus*
ecedant, hæ notionem, quæ desideratur, necessario con-
ent, quamobrem a verbo illo divelli non possunt; in
oque deinde verbo *(porrigat* et *jactetur)* talis motus
ti significatio inest, ut neminem ad verba præcedentis
ius *fugit agnoscendus* et vulgarem poetæ usum, quod
ıbulo aliquo posito notionem eius alia orationis forma
ituta certius definiat, attendisse mirandum sit. Faciem
cchi pugnantis spectatores partim ob spatium arenæ
jectum, partim ob vultum in adversarii motus atque
os attentum agnoscere non poterant, sed quum reti
ra jacto *fugeret*, quum nudum ad spectacula vultum
eret et jam huic jam illi amphitheatri parti appropin-
et, omnibus *agnoscendum* se præbebat. Poeta verba
agnoscendus more suo certius definiens versus: *Cre-*
us tunicæ de faucibus sqq. addit, quibus ipsum cur-
et fugam Gracchi exprimit, quamobrem verba *tunicæ*
ucibus, quæ divelli non possunt, quod vetus quoque
iastes aliam iis significationem adfingens recte intel-
neque a verbo, quod est *Porrigat*, divelli possunt et
quentia verba referenda sunt:

tota fugit agnoscendus arena;
Credamus, tunicæ de faucibus aurea quum se
Porrigat et longo jactetur spira galero.

ita ut poeta hæc dicat: vultum ad spectacula erigens nudum fugit agnoscendus; credamus igitur eum esse, quum fugientis (quæ notio ob prægressum *fugit* per auream spiram gladiatoriam de tunicæ faucibus se porrigentem et longo galero jactatam exprimitur) et nobis appropinquantis nudum vultum agnoscamus. Sic omnia recta sunt: neque Salius pugnans inducitur, neque retiariorum habitus vestisque mutatur, neque grammatica ratio perturbatur. Totam illam confusionem comma male positum movit.

Voces, quæ sententias secundarias inducunt, a poetis ab initio sententiarum revelli et uni vel pluribus vocabulis postponi, quum res notissima sit, intra quos fines apud Juvenalem fiat, paucis ita exponamus, ut comparatio quædam, quod ad hoc loquendi genus attinet, inter eius et priorum poetarum dicendi rationem instituatur. Juvenalis pronomen relativum, quod una satira perlecta satis apparebit, multo rarius quam priores uni vel paucis sententiæ vocibus postponit eique ab initio retracto voces nonnullas ad subjectum pertinentes plerumque anteponit: X, 46 *Defossa in loculis quos sportula fecit amicos;* idem id interdum ita retrahit, ut penultimam quoque enunciationis sedem teneat: XI, 172 *Cum verbis, nudum olido stans Fornice mancipium quibus abstinet,* et verbo id postponit: II, 41 *Unde Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo Quæ tibi.* sed quam pauci ii loci sint, quibus hoc pronomen primum sententiæ, quam inducit, locum non teneat, illa exempla docent, quæ transpositionem substantivi et relativam attractionem tractantes congessimus, in omnibus enim præter in uno sententiam incipit. Etiam pronomen interrogativum raro retrahitur, et sic pronomen *quantus*, quod plurima exempla præbet et a prioribus pluribus quoque sententiæ vocibus postponitur, modo quater uni voci post-

ısitum invenitur (I, 91, V, 67, VII, 176, VIII, 92). Is ıtem positus, qui in brevi sententia secundaria apud oratium raro invenitur, quod pronomen relativum vel inrrogativum non solum verbo postponitur, sed etiam sentiam claudit[1]), apud Juvenalem nusquam reperitur, nam emplum, quod in sat. XVI v. 29 inest: *Audeat ille escio quis, pugnos vidit qui, dicere*, ad Juvenalis loquendi um constituendum nihil confert[2]). In particulis atque njunctionibus, quæ in prosa oratione primam sententiæ, am inducunt, sedem tenere solent, ab initio retrahendis uni vel pluribus vocibus postponendis Juvenalis, quamam priorum poetarum libertate interdum utitur, tamen lgarem pedestris orationis positum ita amplexus esse dici test, ut earum retractio ex metricis rationibus maximam rtem profecta esse videatur. Objiciat aliquis, exempla stare, quæ poetam non minus violenter, quam apud priores ri solitum sit, has voces retrahere doceant, neque hoc gari potest, nam eas non solum pluribus sententiæ vocalis sed verbo quoque interdum postponit vel penultima etiam ıtentiæ sede collocat, verum modo particulas, quæ sunt *si*, *um*, *quamquam*[3]), sic ponit, et particulæ, quæ simplicis-

---

Hor. Sat. I, 4, 81 *Vixi cum quibus;* Sat. I, 2, 111 *Nonne, cupinibus statuat natura modum quem.*

Hoc loco et pluribus huius disputationis locis exempla insolentioris loquendi usus ex hac satira sumpta ea de caussa profero, ut comparatio inter eas enormitates, quibus Juvenalis indulserit, et eas, quibus pauci huius satiræ versus abundent, institui possit.

XI, 194 *Prœda caballorum prœtor sedet ac, mihi pace Immensœ nimiœque licet si dicere plebis, ... capit*; III, 73 *Ipse dierum Festorum herboso colitur si quando theatro Maiestas*; VI, 577 *Ad primum lapidem vectari quum placet.* Ut exempla docent, subjectum particulæ postponi solet vel in verbo, a quo particula non divellitur, latet, quamobrem sat. VI v. 198 *Dicas hœc mollius Hœmo Quamquam et Carpophoro, facies tua computat annos* rarius exemplum præbet.

simam jungendi formam præbent atque eam ob rem multo crebrius quam ceteræ adhibentur, quæ sunt: *et*, *aut*, *sed*, *nec* (*ac* neque apud Juvenalem neque apud priores, quantum scio, postponitur), quibus hæ addi possunt: *ut*, *an*, *namque*, *quamvis*, *quot*, *utinam*, *ecce*, tam raro uni (non pluribus) enunciationis voci postponuntur, ut modo pauca, ne dicam singula, exempla exstent[1]). Particula *ergo*, etiam ubi nullam conclusionem inducit et post digressionem orationem interruptam resumit, in orationis initio poni solet atque modo iis locis retrahitur, quibus vox prægressa singulari vi effertur: I, 3 *Impune ergo mihi recitaverit ille togatas*, 15 *Et nos ergo manum ferulæ subduximus*, particula *tamen* ubique revellitur, et a particula *igitur* (*itaque* apud Juvenalem non reperitur) sententia ter incipit (VI, 210, IX, 20, X, 285).

Dixi igitur, Juvenalem in hoc dicendi genere a prioribus poetis discedere, quod ut probem et inter probandum liberiorem verborum positum, qui apud eum inveniatur, quique ex iis, quæ commemorata sunt, non eluceat, adumbrem, quibus liberioribus a prioribus adhibitis verborum transpositionibus abstineat, in unum conferam, sic enim et liberior verborum positus, quo utitur, et discrimen, quod hoc in genere inter eum et illos esse dixi, optime discerni poterit. Hæc rei exponendæ ratio hoc mali habet, quod, ne vana proferre videar, exempla proferre cogar, sed quum

---

[1]) Sic *namque*, *quamvis*, *utinam*, *an*, *quando*, quin etiam *aut* modo semel? uni voci postponuntur: XI, 50, XIII, 3, VI, 638, VI, 61, I, 88, VI, 266; *et* ter postpositum invenitur: VI, 422, IX, 108, XV, 20 (Jahnius in indice quatuor locos addit, sed omnibus *et* pro *etiam* positum est, ut in sat. XIV v. 4 *Si damnosa senem juvat alea, ludit et heres*), *quot* (interrogativum) bis: IV, 7, VI, 406 sml. .. In particulis, quæ sunt: *cur*, *quare*, *dum*, *postquam*, *quam*, *nisi*, duabus, *unde*, *quoties*, *ubi*, tribus vocibus postponendis Juvenalis priorum poetarum libertate parce utitur, hi enim easdem particulas pluribus quoque sententiæ vocibus postponunt.

a imprimis res agatur, ut Juvenalis verborum positus illustretur, ne hæc disputationis pars nimis producatur, pauca el singula in notis annotasse satis erit. A particulis itur initium faciamus. Eas particulas, quas Juvenalem ni voci postponere diximus, priores pluribus vocibus postponere, supersedere possum, nam res tam nota est, ut argumentis non egeat; particulæ autem, quæ sunt: *atque*, *nam*, *vel*, *ne*, *en*, *quia*, alterum *nec*, alterum *et* [1]), ab itio enunciationis nunquam avelluntur neque voci ulli eius embri, quod adjungunt, postponuntur; particulæ *ut* et *velut* comparando ab altero comparationis membro non divelntur neque ei postponuntur[2]); particula *ut*, ubi *sic* seitur, nusquam retrahitur[3]), eæ denique particulæ, quas initio sententiæ avelli supra diximus, enunciationem n claudunt[4]) neque in alia sententia atque ea, quam incunt, interponuntur[5]). Particulæ *que*, *ve*, *ne* [6]) ab altero

---

Atque: Hor. Epod. 8, 11 *Esto beata, funus atque imagines Ducant triumphales tuum* (*atque* apud Virgilium et Ovidium vix postponitur); *at*: Hor. Sat. I, 8, 37 *Mentior at si quid*, Virg. Aen. V, 264; Ovid. R. a. 268; *nam*: Hor. Epist. II, 1, 186 *His nam plebecula plaudit*, Virg. Aen. I, 444; *vel*: Virg. Georg. III, 204 *Belgica vel molli melius foret esseda collo*, Ovid. Am. I, 7, 5; Tibull. II, 5, 10; *ne*: Ovid. Trist. I, 5, 37 *Hac offendatur ne pietate deus*; *en*: Ovid. Met. XIII, 263 *Adspicite en*; *quia*: Hor. Sat. I, 3, 92 *Ob hanc rem, Aut positum ante mea quia pullum .. Sustulit*; alterum *nec*: Virg. Aen. IV, 696 *Quia nec fato merita nec morte peribat*; alterum *et*: Hor. Sat. I, 3, 54 *Hæc res et jungit, junctos et servat amicos.*

Hor. Sat. I, 4, 142 *Ac veluti te Judæi cogemus*; Hor. Sat. I, 3, 39 *Historias captivus ut audit.*

Hor. Sat. I, 4, 126 *Avidos vicinum funus ut ægros Exanimat . . . sic.*

Hor. Sat. II, 7, 104 *Obsequium ventris mihi perniciosius est cur?* II, 8, 71, Epist. I, 16, 40.

Hor. Sat. I, 1, 58 *Eo fit, Plenior ut si quos delectet copia justo, . . . ferat Aufidus aeer*, quod loquendi genus rarissimum est.

Tam vulgata apud poetas est harum particularum transpositio, ut exemplis supersedere possim.

membro, cui in prosa oratione suffixæ essent, non ita divelluntur, ut verbo enunciationis vel alii voci utriusque membri communi suffigantur, neque a prima sententiæ voce divelluntur et alii affiguntur, quod loquendi genus a Juvenale non adhibitum, quum apud priores nihil usitatius sit, documento est, quantopere poeta pedestris orationis loquendi formas amplectatur. Hermannus in editione Juvenalis poetæ talem particulæ transpositionem obtrudere conatus est. In satira enim XII, ubi a. v. 107 hæc scripta sunt:

Tyrio parere solebant
Hannibali et nostris ducibus regique Molosso
Horum maiores ac dorso ferre cohortes,
Partem aliquam belli et euntem in proelia turrem.

Hermannus comma post *cohortes* positum delet, et pro *belli* scribit *bellique* (codex enim Pithoeanus *belliqꝫ* habet: vox *que* scribi coepta est, errore animadverso litera jam scripta remansit) lectionemque suam ita defendit, ut particulam *que* substantiva, quæ sunt *cohortes* et *turrem*, jungere atque voces *Partem — proelia* per appositionem posteriori addi dicat. Sic autem Juvenalis nusquam dixit. Particulam *que* interseri, eius loquendi usus non sinit, neque verba, quæ sunt *euntem in proelia*, appositi loco cum substantivo *turrem* juncta esse possunt, nam participium *euntem* substantivi casu in eodem hemistichio positum et præpositione cum casu ab eo disjunctum attributive ei necessario adhæret. Recte autem Hermannus ex eodem codice pro *turmam* substituit *turrem*. Si *turmam* enim legitur, voce *Partem — turmam* vocabulo *cohortes* per appositionem adjunguntur, quod appositum mire langvet; si *turrem* scribitur, tria membra æqualia ita junguntur, ut, qui Juvenali est mos, primis sine conjunctione positis tertium particula copulativa annectatur. *Pars belli* aut machinæ sunt aut quod malim, dux vel egregius miles, cfr. Virg. Aen. X, 427

usus, pars ingens belli, sinit; Ovid. Met. XI, 217 *Nec rs militiæ. Telamon, sine honore recessit.*

Quod autem particula *que*, ubi sententiam primariam nectit, cuilibet huius vocabulo in initio sententiæ posito, ubi substantivum adjungit, quod sententiam relativam stituit et per attractionem cum hac coaluit, ipsi pronini relativo suffigitur, quamquam exempla huius londi generis rara sunt, Juvenali cum prioribus poetis mmune est, sed animadvertendum est, eum, etsi priores, particula sententiam primariam annectat, eam voci dentis quoque sententiæ crebro suffigant, modo tribus is, qui sunt: III, 290 *Stat contra starique jubet,* VI,517 *ande sonat metuique jubet Septembris et Austri Adtum*, VI, 622 *Præcordia pressit Ille senis tremuque caput descendere jussit*, ubi particula verbum *judi* adjungit, hunc loquendi usum imitatum esse, eumque lo bis eam voci sententiæ secundariæ inter utrumque nbrum interpositæ suffixisse: VI, 87 *Plorantes improba os, Utque magis stupeas, ludos Paridemque reliquit;* I, 131 *Tunc licet a Pico numeres genus, altaque si Nomina delectant .. ponas* (sat. IX v. 26 *Fanum .. brare solebas, Quodque taces, ipsos etiam inclinare itos* ea de caussa non adjunxi, quod codices nonnulli *quodque taces* habent *quod taceo atque*). Nusquam hæc particula, ubi verbum dicendi adjungit, cum tione sententiæ pendentis coalescit. Eadem particula o præpositionibus *in, cum, per, inter* (VI, 183, 311, VII, 132, XIII, 81, 212) non, ut apud priores, qui a primo enunciationis vocabulo avulsam alteri, etiam æc præpositio unius syllabæ est, interdum suffigunt[1]), n *de, e, a, præ* suffigitur, et raro omnino vocibus s syllabis adhæret (*utque* IV, 60, VI, 609, *dumque*

Virg. Aen. II, 364 *Plurima perque vias sternuntur ... Corpora*; Ovid. Ib. 93, Tibull. I, 4, 25.

XI, 6, *jamque* passim), quamobrem formæ, quæ sunt *isque*, *curque*, *hincque*, *haudque*, similes, quæ apud poetas passim occurrunt[1]), apud Juvenalem, qui ne adverbiis quidem (præter *tandem*, *olim*, *semper*) eam suffigere solet, nusquam inveniuntur. Particulæ, quæ sunt *quoque* et *etiam*, ita voci principali, quam sequuntur, adhærent, ut ne alius particulæ quidem interpositu divellantur[2]), neque voces, quæ sunt *antequam* et *priusquam*, ita distrahuntur, ut *quam ante* vel *prius* anteponatur[3]). Tmesis denique, quæ apud ceteros poetas frequens est[4]), nusquam apud Juvenalem

---

[1]) Virg. Aen. III, 596, IV, 203, Ovid. Trist. I, 10, Catull. 64, 16.

[2]) Ovid. Her. IV, 175 *Addimus his lacrimas precibus quoque;* Lucret. V, 518; Tibull. IV, 113. Ovidius etiam pronomen *quisque*, ubi *se* vel *suus* prægreditur, voce interjecta divellit: R. A. 74 et 684 *Quisque favete suæ*; Juvenalis eodem verborum ordine interdum utitur: I, 41 *Partes quisque suas*, III, 43 *Quantum quisque sua* (*sua*, ut apud Ovidium, in cæsura ponitur), sed ea non divellit.

[3]) Tibull. IV, 7, 7 *Ne legat id nemo quam meus ante velim* cfr. Prop. II, 14, 11; III, 19, 5; Lucret. III, 985.

[4]) *In* negativum particula *que* avulsum invenitur: Virg. Aen. X, 794 *Inutilis inque ligatus Cedebat* cfr. IX, 288 *Inque salutatum*; Ovid. Met. XII, 497 *Inque cruentatus*; particulæ, quæ sunt *dis-*, *con*, *per*, *in*, a verbis, quibuscum compositæ sunt, apud Lucretium eadem particula *que* distrahuntur (I, 652, II, 153, 300, 394; IV, 713), quæ particula etiam apud Ovidium voces *quodlibet*, *quamlibet* distrahit: Ep. e. P. I, 2, 85 *Quamque libet longis cursibus* cfr. Trist. II, 516. Præpositiones deinde, quæ sunt *inter*, *circum*, *præ*, *præter*, *ante*, *post*, a verbis una vel pluribus vocibus interjectis apud Horatium, Virgilium, Ovidium passim divelluntur: Hor. Sat. I, 1, 86 *Quum tu argento post omnia ponas*; I. 6, 59; Virg. Ecl. 3, 45; 8, 17; Aen. VI, 700; Georg. II, 349; Ovid. Met. XIII, 713, et voces *hactenus*, *quadamtenus*, *quandocunque*, *quocunque*, *qualiscunque*, *quousque*, *quocirca* uno vocabulo dirimuntur: Hor. Sat. I, 9, 33 *Quando consumet cunque* cfr. Ep. I, 1, 32, sat. II, 6, 95; Virg. Aen. VI, 62, V, 603, II, 709; Ovid. Ep. e. P. III, 14, 6; IV, 13, 16; Met. VI, 642; vox denique *quicunque* pluribus vocibus disjuncta passim occurrit.

enitur, qui ne eas quidem enormitates, quæ hoc in ere apud pedestris orationis autores reperiuntur, imitatus Videmus igitur, Juvenalem a priorum poetarum liber- procul abesse, et liberiorem particularum positum ab adhibitum apud eum angustis finibus circumscriptum , sed in eo modo, quo particulas ponit, quoque eas in u distribuit, inest rhetorica ars, quæ vocum pondera leribus pedum compensans efficit, ut vel summo pondere antur vel aliarum vocum pondere tamquam absorbean- quam distributionem studio non casui attribuendam , inde apparet, quod, ubi talis vox in sententiæ initio solet, neque versus ratio prohibet, quominus eam m teneat, in alteram potius sedem transfertur quam ut re pondere efferatur. Etiam ubi plura membra eadem icula junguntur, poeta particulas ita ponere amat, ut pondus iis addatur. Ad hunc poetæ usum, quia is ue ad locos nonnullos illustrandos aliquid conferre t, attendendum est, et, quoniam res monet, locum, locumento esse possit, subjungam. In satira nona , postquam ab his verbis (v. 139): *Quando ego figam id, quo sit mihi tuta senectus A tegete et baculo?* lum ea vota promentem introduxit, quæ *pauperi* viro ere dicit, quæque sunt: viginti milia fenus, vascula atque solidi argenti, duo fortes servi, curvus cælator ter, qui multas facies cito pingat, hæc addit (v. 146):

Sufficiunt hæc,
ando ego pauper ero. Votum miserabile, nec spes s saltem; nam quum pro me Fortuna rogatur..

verba sic enarrantur, ut Nævolus hoc dicat: *Suffi- hæc*, *quando* (quandoquidem) *pauper ero.* Sed , quæ sequuntur (*votum miserabile*), quia singularis rum numerus ad quatuor Nævoli vota dure refertur, prægressum, quod singula vota in unum tamquam erit, requirere videntur, et pro præsenti tempore, quod

est *sufficiunt*, poeta in tali sententiarum conjunctione, qualis hæc est, futurum tempus ponere solet, quamobrem id votum, quod desideratur, in sententia præcedenti latet: *Quando ego pauper ero?* et hæc verba interrogantis sunt, ita ut hæc interrogatio interrogationi, a qua poeta votorum expositionem incipit: *Quando ego figam aliquid?* omnino respondeat. Nævolus senectutem a tegete atque baculo (mendicitatis insignibus) tutam optans et paupertatem (eam, quam poeta ironice eum paupertatem intelligere dicit) sibi sufficere affirmans, hoc exclamat: *Quando ego pauper ero?* quamobrem poeta particulam *quando* utroque loco eadem significatione ponit, et, si sententia interrogantis non fuisset, eum adjectivum, quod est *pauper*, more suo, quia cohærentia sermonis huic adjectivo maiorem vim sic addidisset, primo versus loco positurum fuisse, verisimile est: *Pauper quando ego ero*, sed, quia utraque sententia interrogantis est, voces, quæ sunt *figam* et *pauper*, quia summam voti continent, eo interrogationis loco ponuntur, ut eodem pondere efferantur. Post *hæc* maiore signo interpungendum est, quam distinctionem et verbi tempus (sufficiunt) et loci ratio commendat. Voces *nec saltem* ex huius ætatis loquendi usu idem valent atque *ne-quidem*. Verba, quæ sequuntur: *nec spes His saltem*, ut obiter hoc attingam (*His* ad pronomen prægressum *hæc* referendum est), ita explicantur, ut dativus pro genetivo objectivo substantivo, quod est *spes*, additus esse dicatur, sed pronomen voci *spes* (*est*) adjungitur: cfr. Hor. Sat. I, 6, 71 *Causa fuit pater his*; I, 8, 36 *Ne foret his testis;* et omnino poetæ, ubi genetivus substantivi substantivo adjungitur, hoc pronomen dativo casu sententiæ addere solent: cfr. Virg. Aen. I, 199 *Dabit deus his quoque finem* sed paullo post (in v. 241) *Quem das, rex magne, finem laborum?*

In præpositionibus ponendis Juvenalis a priorum poetarum loquendi usu non minus discedit. Præpositio cum casu a verbo, ad quod pertinet, vel, ubi ad substantivum

efertur, quod adjectivo (genetivo, participio, pronomine) rtius definitur, a substantivo divellitur illa quidem, sed ulto sæpius poeta vulgarem pedestris orationis positum rvat (III, 205 *Recubans sub eodem marmore Chiron*). bi substantivum, cui adjectivum adhæret, a præpositione ndet, hæc interdum adjectivo ita anteponitur, ut substanvum pluribus vocibus retrahatur: II, 10 *Inter Socraticos otissima fossa cinædos* cfr. VII, 28 (utroque loco adjecvum in cæsura, substantivum in clausula versus ponitur, iam distributionem poetam præcipue amare jam docuius), vel inter adjectivum et substantivum ita interponitur, illud vocis interpositu divellatur: XIV, 68 *Ut sanctam ius omni Aspiciat sine labe domum* (modo hoc loco eta sic dixit), vel inter substantivum atque adjectivum hærens interseritur: VIII, 194 *Statuam parentis ante iumphalem;* VI, 84 *Si clade et peste sub illa* (nusquam ibi apud Juvenalem præpositio, quæ duas voces regit, rique postposita ante adjectivum utriusque commune pota invenitur), sed præter præpositiones *ante* et *inter* modo æpositiones monosyllabæ sic raro ponuntur, neque usquam æpositio, ubi substantivum præcedit, ante genetivum ei junctum posita invenitur[1]), neque adjectivo ita postponitur, substantivum retrahatur[2]). Inter præpositionem et casum us genetivus et quæ ad hunc pertinent vel adverbia subantivo adjuncta, ut in prosa oratione, interponuntur, et uno co verbum enunciationis inter genetivum et substantivum terjectum est: XV, 28 *Super calidæ referemus moenia opti* (etiam hoc loco adjectivum in cæsura, substantivum fine versus collocatum est), nusquam vero, quod apud iores poetas frequens est, præpositio uno vel pluribus verbis

[1]) Virg. Aen. VI, 58 *Corpus in Aeacidæ*, Ovid. Met. I, 35 *Magni speciem glomeravit in orbis*; II, 446 *Numerumque accessit ad harum* cfr. Hor. Sat. I, 3, 60.

[2]) Hor. Sat. I, 2, 40 *Dura inter sæpe pericla.*

interjectis a casu suo divellitur[1]), neque usquam præpositiones monosyllabæ — neque, *ultra intra* exceptis[2]), ulla alia præpositio — substantivo pendenti postponitur[3]), neque præpositio ulla casui suo postposita et voce interjecta divulsa invenitur[4]) (in satira, quæ decima sexta vocatur, talis transpositio bis occurrit: v. 26 *Molem aggeris ultra*, v. 16 *Vallem litigat extra*). Præpositio monosyllaba in priore membro posita in altero raro repetitur: *in* VI, 588, X, 244, *per* VIII, 129, *pro* VIII, 255, (*cum* IX, 61), nusquam præpositio disyllaba repetita invenitur, neque usquam præpositio in altero membro posita in priore auditur[5]), quamobrem locus, qui in satira decima a v. 243 legitur et interdum huc trahitur: *Ut renovata Semper clade domus multis in luctibus inque Perpetuo moerore et nigra veste senescant*, non ita accipi debet, ut unicum huius loquendi generis exemplum præbeat, sed præpositio præcedentem ablativum exci-

---

[1]) Hor. Od. III, 27, 51 *Utinam inter errem nuda leones*; Sat. I, 5, 51 *Quæ super est Caudi cauponas*, Ovid. Trist. IV, 8, 11 *Inque Securus patria consenuisse mea*; Virg. Aen. 314 *Per ego has lacrimas* cfr. Hor. Od. III, 15, 5, Sat. I, 3, 70, Ovid Her. 12, 17; Tibull. I, 6, 30.

[2]) VIII, 199 *Hæc ultra* cfr. XIV, 202; *Tiberim ultra*; VIII, 240 *Muros intra*.

[3]) *Inter:* Hor. Sat. I, 1, 47 *Venales inter*, I, 3, 53; Virg. Georg. II, 344 *Frigus caloremque inter*; *propter:* Hor. Sat. I, 3, 100 *Glandem atque cubilia propter*; *super:* Ovid. Met. X, 86 *Collemque super*; *præter:* Hor. Od. III, 27, 31 *Nihil astra præter videt et undas*; *circum*: Virg. Georg. III, 537 *Ovilia circum*; *sine:* Hor. Sat. I, 5, 99 *Flamma sine*; *per:* Virg. Georg. III, 376 *Saxa per et scopulos*, (*e*: Ovid. Her. 20, 121 *Hostibus e si quis*). Huc certe pertinet Hor. sat. II, 2, 77: *Vides ut pallidus omnis Coena desurgat dubia* et scribendum est: *Coena de surgat*; verbum desurgendi, quod sciam, hac significatione nusquam dicitur.

[4]) Hor. Sat. II, 3, 40 *Insanos qui inter*; Id. Od. III, 19, 15 *Tres prohibet supra*; Virg. Aen. V, 370 *Paridem solitus contendere contra*; XI, 816; Ovid. Fast. I, 503; Propert. III, 5, 11.

[5]) Virg. Aen. VII. 296 *Medias acies mediosque per ignes*; VI, 692, 415; Catull. 33, 5 *Cur non exilium malasque in oras Ibis*.

, qui totius sententiæ vice fungens caussam sequentis tus atque moeroris exponit. Ubi autem duo membra junctionibus *et-et*, *vel-vel* junguntur, præpositio semper etitur[1]). Præpositio denique, quæ est *cum*, pronominibus *bis*, *te*, *se* suffigitur sed pronomini relativo anteponitur.

Adverbia a verbis, ad quæ pertinent, distrahuntur quidem apud Juvenalem, ut apud priores, arbitrio tæ, eadem, quamquam nulla vi efferuntur, interdum initio vel clausula enunciationis ponuntur, sed adverbia, e ad adjectiva vel alia adverbia pertinent, ab iis non nguntur. Adverbia tamen, quæ sunt *magis*, *nimis*, *o*, *modo*, adjectivis interdum postponuntur[2]), et adbium *minus* ab adjectivo, ad quod pertinet, uno vel ribus vocabulis interjectis avellitur: VI, 620 *Minus ergo ens*; II, 71 *Minus est insania turpis.* Juvenalis ur a liberiore adverbiorum positu, qui a prioribus poetis ibetur, fere abstinet, et quemadmodum adverbia ab adivis vel adverbiis, a quibus apud priores (*bene*, *male*, e exceptis) quam liberrime distrahi solent, non disuntur, sic adverbia et ablativi gradum significantes modo a vocibus, quibus adhærent, non divelluntur ne iis postponuntur, nedum postposita pluribus etiam bus interjectis divellantur, sed ne liberiorem quidem estris orationis positum, ex quo partim voces *multo* e *paullo* comparativis, quibus adhærent, postponuntur oce interposita interdum distrahuntur, partim præpointer adverbium gradum significans et comparativum, adhæret, interponitur, partim adverbia, quæ sunt *tam uam*, ab adjectivis, ad quæ pertinent, separantur, poeta atus est.

---

lor. Od. I, 32, 2 *Quod et hunc in annum Vivat et plures*, II, 11, 13 *Sub alta vel platano vel hac pinu.*

VI, 188, 1, 7, XIV, 113, VI, 445, III, 254, IV, 77, XIII, 59; 7, 129 *Temerarius usque adeo*; VI,182 *Deditus autem usque adeo.*

Juvenalis sententiam denique primariam cum secundaria vel pendenti (et accusativo cum infinitivo), quæ sententiæ apud priores poetas crebro confunduntur, miscere non amat, quamobrem inter eum atque illos etiam hoc in genere non parvum est discrimen, et sermo eius ad pedestris orationis formam multo magis accedit. Etiam exempla, quale est: VI, 115 *Claudius audi quæ tulerit*, rara sunt, et quamquam loci exstant, quibus liberiores priorum poetarum loquendi formæ inveniantur. ordo membrorum sollemnis nusquam ita invertitur, ut exempli caussa alterum sententiæ disjunctivæ et pendentis membrum priori anteponatur[1]), vel particula *quam* cum altero comparationis membro ante comparativum post prius membrum interponatur, quod in prosa quoque oratione rarius fit, nedum ante comparativum et prius membrum ponatur[2]). Etiam ablativos consequentiæ poeta magis quam priores, qui non solum explementa participii verum etiam subjectum vel verbum sententiæ primariæ vel utrumque iis interponunt, sententiarum secundariarum loco habuisse videtur, quamobrem in iis distribuendis a pedestris orationis eorum distribuendorum ratione raro discedit.

---

[1]) Hor. Sat. I, 4, 45 *Idcirco quidam comoedia necne poema esset quæsivere.*

[2]) Ovid. Tris. V, 7, 45 *Vix sunt homines hoc nomine digni, Quamque lupi sævæ plus feritatis habent.*

De particulis copulativis.

Ubi plura membra particulis copulativis junguntur, a aut inter omnes particulam *et* (non ut Virgilius et lius *que*) ponere aut particulam ita variare solet, ut a regula constitui possit (cfr. III, 261-264 et VI, 288-), crebro tamen in quatuor vel quinque membrorum ervatione tertium vel quartum per *que*, reliqua per *et* ctuntur (VII. 207-208, X, 131-132, 133-135, 276-277), otabile huius particulæ usus exemplum locus præbet, in sat. XIV a. v. 156 legitur: *Scilicet et morbis et litate carebis, Et luctum et curas effugies, et tem- vitæ .... tibi dabuntur.* Duobus nominibus vel bris per *et* connexis tertium per *que* (rarius per *ac*, 101, 55) crebro additur: VII, 67 *Currus et equos sque deorum* cfr. VI, 83, 149, V, 70, VII, 20, 45-47, 77, 180, rarius, ubi particula *que* alterum vincit, par- *et* tertium addit: V, 70 *Personam thyrsumque et gar Acci*, cfr. VI, 88. Ubi duo nomina ita junguntur, cabulum aliquod inter prius et particulam copulativam iciatur, alterum per *et*, *atque*, non per *que*, adjungi ommemoravimus (cfr. VI, 559, VII, 102, XI, 95, XIV, et omnino particula *que* multo rarius quam ceteræ ulæ conjunctivæ binas voces jungit. Inter particulas t *atque* apud Juvenalem nullum discrimen constitui ; *ac* in sententiis, membris, vocibus jungendis eas-

dem atque particula *et* partes agit, quæ particula ubi *ac* alterum membrum adjungit, tertium semper vincit: XV. 101 *Pallorem ac maciem et tenues miserantibus artus*, sed imprimis particula *ac* duo eiusdem fere significationis nomina jungit: IX, 82 *Ingrate ac perfide*, II, 33 *Jure ac merito*, II, 64 *Vera ac manifesta*, XIV. 41 *Turpibus ac pravis* cfr. III, 220, 278, 268, IV, 83, VI, 366, 371, 385, 525 (simili modo etiam *et* ponitur: XIV, 30 *Velocius et citius*), raro duo verba (quæ particula *et* junguntur: II, 113 *Vade et cede* cfr. VI, 147), sed interdum poeta in pluribus membris enumerandis, ubi apud priores poni non solet, eam interserit (ut VI, 290, 311, XII, 85, 109), quin etiam hac particula sententiæ neganti ajentem adjungit: VIII, 152 *Occursum nunquam trepidabit amici Jam senis, ac virga prior annuet* (sic *et*: XIII, 36, VII, 56, *que*: XIII, 47, *atque*: V, 1). Juvenalis omnino, ubi *atque* poni solet, *ac* ita præferre videtur, ut, ubi ratio metrica sinat, atque vox sequens a consonante incipiat (excepto *h*, *g*, *q*; apud Juvenalem *ac* ante vocalem non invenitur ut apud Virgilium), licet hæc consonans *c* sit (IX, 40 *Computat ac cevet*), eam ponat, quamobrem particula *atque*, paucis locis exceptis (ut II, 15, 61), modo in thesi quinti vel alterius versus pedis — Juvenalis enim ante cæsuram dactylum præfert — vel ante vocalem posita invenitur. Quod ne mirum videatur, adjungamus statim, particulam *neque* apud Juvenalem modo septies inveniri (quater *neque enim*; semel *nec enim*, XV, 207) omnibus reliquis locis *nec* poni, quæ particula etiam in thesi primi versus pedis (sic non Virgilius eam ponit, raro Ovidius) crebro invenitur et omnino, ut etiam *ac*, multo sæpius in thesi quam in arsi ponitur. In cæsura utraque particula perraro collocatur. Quia gravius sonant, Juvenales formas *ac* et *nec* ubique præferre videtur[1]). Pro

[1]) Ille Virgilii loquendi usus, quem Wagner in quæstionibus Virgilianis XXXII et XXXV de varia copularum significa-

irticula geminata *et-et*, ubi duo substantiva vel pronomina nguntur, priore loco *que* sæpe ponitur. raro tamen duæ

---

tione exposuit, et qui neque cum Horatii neque cum Ovidii magis quam cum Juvenalis loquendi usu congruit, probari certe nequit, et vix adducor ut credam, quemquam poetam in particulis conjunctivis ponendis regulis fixis magis quam metricis rationibus et, quantum lingvæ leges siverint, studio suo obtemperasse. Hoc certe negari non potest, poetas particulæ interdum singularem significationem subjicere et consulto hanc non illam ponere, verum in ipsa particula illa significatio raro inest, oratio autem ei eam attribuit. Sic W. particulæ *atque* vim in contrariis copulandis cerni contendit, et affert exemplum: *Noctes atque dies* (Aen. VI, 127) sed IX, 488 *Noctes diesque* scriptum est; idem particulam crebro poni dicit, ubi aliquid celeriter fieri indicetur, ut in Aen. lib. I v. 82 *Impulit in latus, ac venti .. Qua data porta ruunt*, et hinc præcedenti particulæ *vix* copulam interdum subjici, ut in Aen. II, 692 *Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore Intonuit*, sed poeta particulæ nullam celeritatis notionem adfingit, quæ in *vix* et sententiarum junctura latet (Virgilius multo sæpius *quum* quam copulam ponit), neque hic loquendi usus ex priore ortus est, et si poeta pro particula *ac* in priore exemplo posuisset asyndeton, eadem — major fortasse — celeritatis notio fuisset. Virgilius *ac* ponit, quia hac particula sententiam, quæ effectum actionis sententiæ prægressæ exprimit, adjungere solet, et sic Juvenalis quoque in sat. XII v. 55 dixit: *Adversis urgentibus illuc Decidit, ut malum ferro summitteret, ac se Explicat angustum* cfr. VI, 423 *Callidus et cristæ digitos impressit aliptes Ac summum dominæ femur exclamare coegit.* Quia *et* deinde indignantis sit, idem W. in Aen. XII, 645: *Terga dabo? et Turnum fugientem hæc terra videbit?* part. *et* (contra codices) desiderari posse negat, sed num prior sententia minus indignantis est? *Et* denique, ne plura afferam, adjectum in sollicito metu dicit: Aen. I, 670 *Hunc Phoenissa tenet .... et vereor, quo se Junonia vertant Hospitia*, sed poeta hac ipsa significatione *ac* ponere solet. Particula *et* certe et indignantis et minantis et mirantis est, sed modo iis locis hæc significatio in particula inest, quibus aut novam sententiam a præcedenti seclusam incipit, neque ulla eius potendæ caussa in sententiarum junctura inest, aut in cæsura vel initio versus posita singulari vi effertur cfr. Virg. Aen. , 48, VI, 807. Sic etiam Juvenalis eam ponit: I, 87 Et

sententiæ particulis *que-et* connectuntur: V, 65 *Indignatur, Quodque aliquid poscas et quod se stante recumbas,* nusquam duo verba neque duo adjectiva[1]). Duo autem substantiva vel pronomina particulis *que-que* jungi frequens est, verum nusquam duo adjectiva aut adverbia sic junguntur, neque usquam duo verba nec duæ sententiæ[2]), et Juvenalis duplicationi particularum *que, ve, ne* favere non videtur, quamobrem formæ, quæ sunt *ve-ve, ne-ne,* apud eum non inveniuntur[3]). Uno loco poeta duas sententias particulis *et-que,* quod rarissimum est, junxisse dicitur: X, 354 *Ut tamen et poscas aliquid voveasque sacellis Exta,* sed quum Juvenalis in nova sententia puncto a præcedenti seclusa particulam *et* eodem fere versus loco eadem significatione atque *etiam* pæne ex superfluo crebro ponat (sic II, 143, III, 305, IX, 27, X, 43) eamque simili modo et in apodosi (X, 320, XIV, 4, 228) et in anaphora (XI, 177, I, 57) collocet, locus multo rectius huc trahi debet. Ubi negatio ad duo membra copulative juncta pertinet, alterum particulis *et, atque* (non *que*) sæpius annectitur quam negatio repetatur, et Juvenalis sententiæ ajenti negantem ita adjungit, ut nullo discrimine jam *nec* jam *et non* ponat (ubique tamen *et nemo, et nullus*), sed ubi negatio ad duas sententias pertinet, repeti solet, et modo uno loco altera particula *et* (sine negatione subsequenti; semper *et nullus*) addita est: XIII, 55 *Si juvenis vetulo non assurrexerat et si Barbato cuicunque puer,* ubi tamen non solum verbum sed negatio quoque ad alteram sententiam

---

quando uberior vitiorum copia? VI, 342 *Et quis tunc hominum contemptor numinis?*

[1]) Hor. A. P. 224 *Functusque sacris et potus*; 196 *Faveatque et consilietur amice.*

[2]) Hor. A. P. 11, Sat. I, 3, 141; Virg. Aen. III, 224, 279, IV, 650, VI, 433.

[3]) [illegible] II, 738, V, 95, XII, 321.

ɔcessario audienda est.[1]) Utraque igitur sententia verbum ɔmmune habet, et exemplum, quale est Virgilii in Aen. ɔ. IX v. 138 *Nec solos tangit Atridas Iste dolor, so-ɜque licet capere arma Mycenis*, apud Juvenalem non venitur, qui tamen, ubi subjectum non mutatur, post : alterum verbum particulis *ac et* fere semper vincit: 97 *Ne suppositus venias ac falso nomine poscas; V*, 89 *Ne quæras et dubites;* X, 87 *Ne quis neget et vidum in jus dominum trahat*, quamquam idem, ubi ıtio adversative continuatur, eadem loquendi forma utitur: II, 36 *Exigis a quoquam, ne peieret et putet ullis Esse quod numen templis*. Ubi duo membra particulis *aut vel* ıcta sunt, tertium, imprimis in personarum commemoratione, ·ticulis *et que* crebro additur: VI,77 *De qua citharoedus hion aut Glaphyrus fiat pater Ambrosiusque choraules* .V,54, IX,138, et simili modo pluribus membris particula : junctis ultimum (quod per *aut vel* crebro adjungitur)) loco particula *et*, duobus locis *que* annectitur (XIII, 184, XV, 125[2]; ubique de personis agitur), sed cturæ plurium membrorum negativæ copulativa nus-ım interseritur.[3]) In satiræ denique VIII v. 217 duo ɑina particulis *nec-aut* junguntur: *Nec Electræ jugulo se luit aut Spartani Sangvine conjugii* cfr. XIV, 175 *Nec ra venena Miscuit aut ferro grassatur*, nusquam autem, subjectum mutatur, duæ sententiæ sic junguntur, neque uam particulæ *nec-ve* junctæ inveniuntur. Particulas *aut*,

---

Apud priores verbum cum negatione duorum membrorum communi in posteriore positum in priore interdum auditur: Virg. Aen. II, 55; VI, 92.

In tribus ultimis Juvenalis satiris, id quod multi, quos tractaturi sumus, loci confirmabunt, non paucæ enormitates inveniuntur, quibus poeta in præcedentibus omnino abstinet, et quemadmodum satiræ posteriores (a decima), quod ad vim satiricam attinet, prioribus cedunt, sic priores, etiam quod ad formam attinet, multo maiore diligentia scriptæ sunt. Cfr. Virg. Georg. II, 136-139, IV, 210-212.

vel Juvenalis nullo discrimine adhibuisse videtur, et ubi *vel* (aut) alterum membrum adjungit, tertium *aut* (vel) crebro vincitur (III, 93, 120, 241); in interrogationibus (ut XV, 103) et ubi particula *si* præcedit, particula *ve* alterum membrum interdum, sed raro, adjungit, reliquis locis, quibus hæc particula legitur, codices fere ubique inter *que* et *ve* fluctuant, et ea est illorum locorum ratio, ut scriptura, quæ est *que*, plerisque, ne dicam omnibus, præferenda esse videatur.

Priusquam ad asyndeti usum exponendum transgredimur, locos nonnullos subjungemus, quibus particula copulativa aut insolentius posita est, aut ob positum errores movit. In satira XIV, quo loco poeta juvenes cetera parentum vitia sponte, avaritiam invitos imitari docet, hi versus leguntur (a v. 109):

Fallit enim vitium specie virtutis et umbra,
Quum sit triste habitu vultuque et veste severum.

Vultu non ad *triste* sed ad *severum* referendum est, sic enim præter alia etiam metri ratio postulat, sed utrum particulæ *que-et*, quod apud Juvenalem rarius fieri supra diximus, pro *et-et* positæ sint, an particula *que* hoc loco alterum membrum annectat, dubium esse potest. Crediderim tamen, Juvenalem, qui alterum membrum post graviorem cæsuram per asyndeton ponere præcipue amet, etiam hoc loco *que-et* pro *et-et* posuisse (cfr. Pers. III, 25 *Est tibi far modicum, purum et sine labe salinum*).

In satira sexta poeta, postquam varia remedia, quibus vanæ mulieres, ut moechis placerent, colorem et pulchritudinem faciei servare conabantur, descripsit, a v. 471 hæc adjungit:

Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur
Tot medicaminibus coctæque siliginis offas
Accipit et madidæ, facies dicetur an ulcus?

mutatis sine dubio ad substantivum, quod est *medicaibus*, referendum est, et similis verborum positus ex- ; atque hoc loco (III, 271): *Quanto percussum pondere nent et lædant silicem.* Quamquam enim poeta non) duas sententias ita jungit, ut particulam copulativam ır verba sententiarum interponat, hoc tamen iis modo s fieri solet, ubi novum subjectum accedit: VIII, 58 *plurima palma Fervet et exultat rauco victoria* o cfr. XI, 47, et particula *atque* eo versus loco posita s eiusdem fere significationis voces arcte jungere solet. uetus denique passivi participii usus (Juvenalis gerunm sic ponit) hanc loci enarrationem commendare tur.

Particulam *et* pro *etiam* positam, qui usus apud Jualem multo frequentior quam apud priores poetas est[1]), nter duos accusativos intersertam (XII, 17) erroresque ortos Madvigius explicavit, sed exstant loci, quibus em significatione inter duas sententias posita similes res moverit. In satira XIV, ubi poeta, postquam ssam et originem avaritiæ puerorum in patribus avaris docuit, a v. 227 hos versus subjungit:

Nam quisquis magni census præcepit amorem
Et lævo monitu pueros producit avaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem et totas effundit habenas
Curriculo: quem si revoces subsistere nescit,
Et te contempto rapitur metisque relictis.

ertius rectam enarrandi viam ingressus particulam *Et* 228) pro *etiam* positam esse intellexit, sed alteram iculam *et* (v. 230) eodem modo explicans omnia con-

---

Jahnius in indice verborum octo et quinquaginta locos habet neque paucos præteriit. Eorum tamen, quos affert, nonnulli excludendi sunt.

fundit; alii hanc particulam a librario intersertam esse dicentes apodosin a verbis: *totas effundit habenas* ita inducunt, ut versus præcedentes enunciationem priorem contineant. Aliam quoque enarrandi viam Rupertius commendat, et versum 229 *Et qui per fraudes patrimonia conduplicare*, quia in novem codicibus desit, spurium judicat: »est haud dubie lacinia adsuta ab interpolatore, qui verba *Dat libertatem* non concoquebat, nisi talia adderentur.« Et Heinrichius et Jahnius et Hermannus eum sequuntur, sed optimorum codicum auctoritas versum defendit, neque tolli potest. Eo enim deleto tempora verborum *(præcepit et producit)* nimis insolenter mutantur, neque talis mutatio in simili sententiarum conjunctione usquam alibi apud Juvenalem reperitur. Hoc Heinrichius aut non vidit aut neglexit, putat enim, temporum mutationem apud poetas nullis finibus circumscribi, sed quam procul a vero absit, suo loco probare conabimur. Hoc loco talis temporis mutatio nullo modo ferri potest; ubi enim præsens tempus perfecto copulative adjungitur, semper statum actione prægressa effectum et actione finita remanentem exprimit, sed nihil eiusmodi in *producit* inest. Multi illi loci, quibus poeta perfecto enunciationis prioris tempori in apodosi præsens subjungit, particulam *et* primo loco pro *etiam* positam esse, et duos primos versus protasin cum apodosi continere satis probant: *quisquis præcepit magni census amorem, producit etiam pueros avaros* (Juvenalem in tali sententiarum conjunctione *et* ex supervacuo addere solere jam commemoravimus), et simili modo verba, quæ sunt *Dat libertatem*, quæ cum infinitivo, qui est *conduplicare*, ab interpretibus mire junguntur, novam apodosin inducunt, cuius protasin versus *Et qui per fraudes patrimonia conduplicare* continet. Quemadmodum enim poeta in v. 227 *præcepit amorem* dixit, sic in hoc versu, orationis forma paullulum mutata, pro substantivo infinitivum *conduplicare* ponit verbumque regens *præcepit* ex præce-

te enunciatione priore audit: *Et qui per fraudes patrinia conduplicare præcepit, dat libertatem.* Post *amo-i* (v. 227) et *conduplicare* (v. 229) commate incidendum

Pronomen relativum *quem* (v. 231), ut obiter hoc ngam, Heinrichius Rupertium vituperans, qui sic enarrat: *iem* Græce et docte pro *quod* scil. curriculum, quoniam, ensum respexeris, ad equum h. e. filium spectat«, ad cedens substantivum *pueros* (v. 227) referendum esse t, sed talis enormitas apud Juvenalem non reperitur, mque voces, quæ sequuntur, currus quam vectoris noi multo aptiores sint, aut Rupertium rem bonam male ndisse, aut poetam masculinum (curriculus) pro neutro uisse crediderim cfr. I, 5 *Aut summi plena jam mare libri;* X, 317 *Quosdam moechos et mugilis intrat* minativus vocis est *mugil*).

In satira septima, ubi poeta miserum rhetorum Romorum vitam et quantis laboribus egestatem vix effunt describit, a v. 203 sic scriptum est:

Poenituit multos vanæ sterilisque cathedræ,
Sicut Thrasymachi probat exitus atque Secundi
Carrinatis: et hunc inopem vidistis Athenæ
Nil præter gelidas uuscæ conferre cicutas.

nc (v. 205) Heinrichius Socratem esse dicit; contendit m ex ipsa orationis cohærentia apparere, *hunc* eundem e atque illum, quem Athenæ veneni præmio affecerint, m autem verba, quæ sunt *et hunc*, grammatice explii nequeant, versum unum vel plures excidisse credit. i pronomen demonstrativum, forma orationis mutata, pro tivo pronomine positum esse dicunt, grammaticas raes perturbant, nam pronomen demonstrativum, ubi pronen relativum præcedit, pro relativo, quod alio — raro em — casu subsequi debebat, interdum substituitur, um nusquam, quod hoc loco factum esse putant, pronen demonstrativum eo modo relativi vice fungitur, ut

sententiam relativam constituat. Versus nonnullos, quod Heinrichius opinatur, ita excidisse, ut ne vestigia quidem remanserint, quum codices omnes consentiant, verisimile non est, neque caussa, qua motus ad hanc opinionem delatus sit, probari potest. Ex verbis enim eius satis elucet, eum particula copulativa ita novum exemplum addi putare, ut, quia pronomen *hunc* Socratem esse credat, hoc pronomen cæsuræ vi in relativum fere transierit. Sed pronomen *hic* et apud Juvenalem (cfr. I, 33) et apud priores eodem versus loco positum ad personam in sententia prægressa commemoratam refertur (cfr. Hor. Sat. I, 6, 55 *Virgilius, post hunc Varius dixere quid essem*) et, si cohærentiam sermonis tenemus, neque particula, quæ est *et*, novum exemplum addi, neque pronomine, quod est *hunc*, Socratem indicari verisimile est. Socratem enim poeta duobus, qui commemorantur, rhetoribus parem ponere non potuit, nam ut rhetores ipsos, arte misera atque inope omissa, ad alium quæstum confugisse probare possit, duos profert, Thrasymachum atque Carrinatem, quorum alter ob paupertatem urgentem arte rhetorica sponte destitit et, si scholia vera dicunt, vitam suspendio finivit, alter ob disputationes contra tyrannos violentas a Caligula in exilium ejectus est et postea Romam reversus quæstu fertiliore, Tacito auctore, vitam sustentavit. (Vetera scholia propter hunc Juvenalis locum, credo, eum Athenis veneno periisse dicunt). Poeta igitur utrumque vanæ sterilisque cathedræ poenituisse dicere potuit, sed Socrates, qui se vitæ suæ non poenitere per totum vitæ tempus affirmet, male iis adjungitur. Poetæ Carrinatem egentem commemoranti (et de exilio Athenis transacto fortasse cogitanti) Socratis quoque, qui et ipse egens ibidem vixit, in mentem venit, et utrumque complectens de Socrate Atheniensibus exprobrat: *et* (etiam) *hunc* (Carrinatem) vos Athenæ inopem vidistis, vos, quæ Socratem quoque, quem cicutarum præmio affecistis, inopem vidistis. Quamquam locum sic accipiendum esse credo,

reticebo, verba *et hunc*, quod Heinrichius negat, ita ratem inducere posse, ut neque grammaticæ rationes turbentur, neque versus nonnullos excidisse statuere ne- se sit. Pronomini enim, quod est *hic*, ubi in cæsura in versus initio (rarius in arsi reliquorum pedum) po- ır, eadem significatio atque ea, quam adjectivum *talis* rimere solet, apud Juvenalem crebro subjicitur, qui ei ectivum *qualis* quoque subjungit: XV, 65 *Nec hunc idem, quales et Turnus et Aiax;* VII, 56 *Hunc, qua- nequeo monstrare et sentio tantum* (cfr. Hor. Sat. I, 6, Epist. II, 2, 19): *et hunc* (talem virum) *vos Athenæ istis*, quæ loci enarratio ea de caussa minus placet, a poeta sic Socratem adjungens ex suo magis quam illius icio cathedræ eum poenituisse dixit.

In satira decima quinta, ubi a v. 19 hæc scripta sunt:

Nam citius Scyllam vel concurrentia saxa
Cyanea plenos et tempestatibus utres
Crediderim aut tenui percussum verbere Circes
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

loco ad junctura vocum *remigibus porcis* attenden- n est, *Et* pro *etiam* positum esse videtur. Juvenalis in eidem verbo passivi et activi infinitivum (nec activam assivam sententiam) addere non solet, et quemadmodum ticulæ *et* in initio versus positæ maius pondus hic at- uitur, sic eadem significatione eodem modo I, 15, VI, 615, , 239, XIII, 121, XIV, 119, 177, XV, 103 posita in- itur[1]), et poeta omnino, ubi huic particulæ singularem addit, eam sic ponere amat, ut in satira secunda, ubi v. 104 hi versus leguntur:

Multo sæpius verbo proxime subjungitur: II, 143, III, 92, 144, IV, 34, 81, V, 71, VI, 15, 237, 332, 546, 644, VIII, 89, 117, 163, IX, 19, 32, XII, 29, 46, XIII, 147, 154.

Nimirum summi ducis est occidere Galbam
Et curare cutem, summi constantia civis
Bebriaci campo spolium affectare Palati
Et pressum in facie digitis extendere panem

eadem fere significatione atque *et etiam, et eodem tempore* versum bis incipit. Sunt, qui hoc loco post *Galbam* incidentes signum post *cutem* positum mire deleant. Simili significatione atque vi particula *nec* in satiræ XIII v. 20: *Ducimus autem Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ Nec jactare jugum vita didicere magistra* cfr. II, 130—131 posita est. Tribus apud Juvenalem locis (IX, 88, X, 51, III, 204) particulam *et* in uno membro addendo particulis *nec non* subjungi, obiter attingam.

Nemo poeta sæpius quam Juvenalis quum singula membra tum sententias sine copula jungit, rarius tamen duo substantiva et duo infinitivi sine conjunctione ponuntur (VI, 117, 446, XIII, 132, XIV, 103), et quamquam poeta tria membra aut particulis conjunctivis vincire aut per asyndeton ponere solet, duobus dissolutis tertium particulis *et*, *atque*, *ac*, *aut* sæpius adjungit (II, 52, XI, 105, XIV, 7, 260, IX, 142), ad quod loquendi genus eo magis attendendum est, quia Horatius, qui ut Juvenalis in plurium membrorum coacervatione, ubi membra una serie procedunt, extrema iisdem particulis interdum vincit, quæ membrorum conjunctio etiam in prosa oratione invenitur, duobus membris per asyndeton positis tertium perraro sic annectit (Epist. I, 17, 46). Ut exempla autem docent, junctura priorum membrorum asyndeta in cæsura vel initio versus invenitur; Juvenalis enim, qui his locis asyndeton amat, etiam in tripertitæ orationis primis membris ei indulsit. Ubi singulæ voces enumerantur, Juvenalis more suo aut inter omnes conjunctiones ponit aut omnes per asyndeton effert (cfr. VII, 11, 133, III, 76, 77), quamobrem in sat. VI v. 354: *Conducit comites, sellam, cervical, amicas,*

ricem et flavam, cui det mandata, puellam, copula ıdit, sed quum apud Juvenalem, ubi in tali vocum coa- atione ultimæ (non prægressæ) additamento certius ıiuntur, asyndeton in copulativam juncturam transire at (cfr. XIII, 23—25), eadem fortasse particulæ po- læ caussa hoc loco subest. Simili modo plurium mem- um copulativa conjunctio in asyndeton transit (cfr. XV -96) imprimis talibus locis, quibus sententiæ copula- junctæ actionem, sequentes sententiæ effectum actionis :ant, ut in satira XV, ubi a v. 53 hæc scripta sunt:

lein clamore pari concurritur, et vice teli
ævit nuda manus, paucæ sine vulnere malæ,
ix cuiquam aut nulli ... nasus Integer.

ıs idem fit, ubi singulæ voces enumerantur: X, 35 *textæ et trabeæ, fasces, lectica, tribunal.* Duobus vel pluribus membris copulative junctis Juvenalis ter- ı vel ultimum sine conjunctione vix unquam nisi talibus ı adjunxit, quibu ultimum membrum omnia, quæ ad idem ıs pertinerent, addens priora complecteretur: XIII, 82 *lit et Herculeos arcus hastamque Minervæ, Quidquid ent telorum armamentaria coeli* (quo loco Hermannus ra metri leges in fine versus post *Minervæ* ponit *et*). ant certe loci, quibus ultimum membrum per asyndeton tum esse videatur, sed quum pauci sint, eos inspiciamus. atira quinta, ubi a v. 82 hi versus leguntur:

spice, quam longo distendat pectore lancem,
uæ fertur domino squilla, et quibus undique septa
sparagis, qua despiciat convivia cauda,

verba, quæ sunt *et quibus undique septa Asparagis*, unctivus verbi subst. modus audiendus non est, et ma post *Asparagis* positum tollendum, quo facto duæ entiæ pendentes imperativo, qui est *Aspice*, subjun- tur, et molestum asyndeton tollitur (cfr. VI, 263).

In satira sexta, ubi poeta in feminas doctas invehitur, quem locum ob transpositionem versuum, quam Heinrichius necessario adhibendam esse censuit, posthac commemorabimus, a v. 451 hi versus scripti sunt:

Odi
Hanc ego, quæ repetit volvitque Palæmonis artem
Servata semper lege et ratione loquendi,
Ignotosque mihi tenet antiquaria versus,
Nec curanda viris opicæ castigat amicæ
Verba: soloecismum liceat fecisse marito.

Rupertius verba, quæ sunt *Nec curanda viris castigat sqq.* sic enarrat: »ne viris quidem anxie circumspicienda et attendenda, nedum ab his in mulieribus reprehendenda et castiganda«, et Heinrichius cum recentioribus, quod miror, eum sequuntur. Particula *nec* pro *ne-quidem* apud Juvenalem invenitur illa quidem sæpius[1]), sed quum sententia *Ignotosque mihi tenet sqq.* particula copulativa *que* præcedenti adjuncta sit, sententia subsequens: *Nec curanda viris sqq.* ab ea particula, quæ necessario copulam continere putanda est, mire incipit. Et in hac ipsa particula copula re vera inest, sed cum negatione ad vocem *curanda* pertinente coaluit: *et verba viris non curanda castigat.* Hic igitur locus facile expeditur, non item is, qui solus restat, quique in sat. X legitur, ubi poeta Messalinæ nuptias commemorans a v. 333 hæc scripsit:

Dudum sedet illa parato
Flameolo, Tyriusque palam genialis in hortis
Sternitur, et ritu decies centena dabuntur
Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.

---

[1]) Pauca exempla ponam: II, 152 *Esse aliquos manes et subterranea regna Nec pueri credunt;* XIII, 211 *Perpetua anxietas nec mensæ tempore cessans;* IX, 49 *Vos humili asseculæ, vos indulgebitis unquam Cultori, jam nec morbo donare parati.*

certe ultima sententia per asyndeton posita duabus co-
tive junctis sententiis additur, sed quum verbi tempus
ı significatione facta insolenter mutetur (*sedet et ster-
r et dabuntur, veniet*), adducor ut credam, Juvenalem
et ritu sed *ex ritu* scripsisse, nam hæ voces facile
ıutantur, et præpositione restituta omnia recta sunt:
ıura copulativa in asyndeton transit, quem transitum
ıatuor membrorum junctura sæpius a Juvenale adhi-
n esse docuimus, atque verbi temporis mutatio a mu-
ne junctura incipit (*sedet et sternitur: dabuntur,
et*). Si hæc emendatio accipi potest, regula, quam
imus, constat, nam in satira sexta, ubi hæc a v. 144
ta sunt:

Tres rugæ subeant et se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes oculique minores.

sententiarum complexus sine copula juncti sunt, et
ı *et se cutis arida laxet*, quæ eandem fere notionem
nent atque voces prægressæ: *Tres rugæ subeant*, his
m modo adjuncta sunt, quo in versu altero voces
ique minores præcedentibus additæ sunt. Bipertitam
ı orationis distributionem Juvenalis amat, et conferri
ıt locus, qui in satira XIII a v. 67 sic scriptus est:

Sollicitus, tamquam lapides effuderit imber,
Examenque apium longa consederit uva
Fulmine delubri, tamquam in mare fluxerit amnis
Furgitibus miris et lactis vortice torrens.

imus igitur, et asyndeton in copulativam juncturam
›pulativam juncturam in asyndeton certa lege transire
›, quamobrem quæstio occurrit, num utraque jungendi
commisceri possit. Junctura copulativæ asyndeton
Juvenalem nusquam interseritur, tres autem sunt
quibus Juvenalis alteri rationi indulsisse videatur.
ıatira enim XV, quo loco pugna inter incolas Om-

borum atque Tentyrorum commissa describitur, a v. 56 hi versus leguntur:

Aspiceres jam cuncta per agmina vultus
Dimidios, alias facies et hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sangvine pugnos.

in eadem satira a v. 152 hæc scripta sunt:

Dispersos trahere in populum, migrare vetusto
De nemore et proavis habitatas linquere silvas,
Ædificare domos, laribus conjungere nostris ..

in satira denique tertia a v. 110 sic scriptum est:

Non matrona laris, non filia virgo, neque ipse
Sponsus levis adhuc, non filius ante pudicus;

Ultimorum locorum ratio perspicua certe est: utroque enim poeta non tam novum membrum una serie cum ceteris procedens adjunxit, quam particulam ponens similem notionem notioni proxime præcedenti addidit, quamobrem utrumque membrum particula copulativa conjunctum in membrorum serie unius membri vice fungitur, et comma Hermanni post *virgo* positum tollendum est. Primo loco junctura membrorum, quæ sunt: *dimidios vultus, alias facies et hiantia ruptis Ossa genis* cum Juvenalis loquendi usu optime congruit (Juvenalem enim, ubi membra æqualia sint, duobus dissolutis ultimum particula *et* crebro adjungere jam diximus), et poeta complexui huic membrorum in eiusdem corporis partis (faciei) descriptione versantium novum membrum aliam partem describens sine conjunctione adjunxisse videtur.

Duo imperativi apud Juvenalem (ut apud Horatium et Persium) perraro sine copula junguntur (X, 65) plures vero fere semper (raro ultimus part. *aut et* vincitur: XIV, 193), et imperativo, qui est *i*, cum irrisione quadam posito alter imperativus particula *et* ubique additur: VI, 306 *I nunc*

ubita, X, 166 *I, demens, et sævas curre per Alpes*, 10 *I nunc et specie juvenis lætare tui*[1]) (quo loco , qui pro *I nunc et* legant *Nunc ergo*), quamobrem l caussæ est, cur in satiræ sextæ v. 148 *Exi ocius et era* pro *et* substituentes *en* hunc locum corrumpamus; autem futurum tempus imperativum prægressum excipit, nalis more Ciceronis asyndeton ponit, et conjunctio, in codices nonnullos deteriores irrepsit, extrudenda I, 155 *Pone Tigellinum, tæda lucebis in illa* cfr. , 213, VIII, 173[2]). Simili modo particula omittitur, futurum tempus prægressum *licet* cum conjunctivi se- a vel tertia persona junctum excipit: X, 20 *Pauca portes argenti vascula puri, Nocte iter ingressus ium contumque timebis;* V, 141 *Sed tua nunc Mi- pariat licet et pueros tres In gremium patris at simul, ipse loquaci Gaudebit nido*, voces enim, sunt *licet portes, pariat licet*, imperativi vice fun- ur, quamobrem huic verbo sic posito imperativus o copulative adjungitur. Ubi autem imperativus im- tivo ita additur, ut posteriori similis effectus vel judicii s ex periculo facto redundantis significatio subjiciatur, cula ponitur: XIII, 160 *Paucos consume dies et Di- te miserum, postquam illinc veneris, aude.*

Quamquam igitur inter Juvenalem et priores in asyn- usu non paullum differt, poeta hac re ab iis maxime dit, quod duas sententias, licet periodum claudant, tam

---

bi imperativo *i* cum irrisione posito adverbium *nunc* adjun- itur, etiam Horatius et Ovidius *et* ponere solent: Hor. Epist. I, 2, 76 *I nunc et versus tecum meditare sonoros*, Ovid. Her. III, 6 *I nunc et cupidi nomen amantis habe;* Virgilius autem parti- ulam omittit: VII, 425 *I nunc, ingratis offer te, irrise, periclis*, uamquam, ubi nulla irrisio est, eam interdum addit: Aen. V, 423.

irgilius *et* ponit: Ecl. III, 106 *Dic quibus in terris et eris mihi agnus Apollo.*

crebro sine copula jungit, ut nemo eorum in hoc loquendi genere ad eum accedat. Etiam ubi objectum utriusque sententiæ commune in priore positum est, alteram sine conjunctione adjungit: X, 56 *Quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ Invidiæ, mergit longa atque insignis honorum Pagina*, ab insolentiore autem asyndeti usu, qui apud priores invenitur, fere semper abstinet.[1]) Ut particula copulativa sic etiam adversativa et ubi de variis subjectis et ubi de eodem subjecto contraria dicuntur, multo crebrius apud Juvenalem quam apud priores poetas omittitur, et omnino in oratione vehementi et accelerata sententia, quæ caussam prægressæ actionis, imprimis admonitionis, continet, per asyndeton ponitur: VI, 630, 442, 545.

Ex paucis illis locis, quibus duo substantiva sine conjunctione posita sunt, ob insolentiorem eius formam unum excerpam, qui commemoratione dignus videtur. In satira XIV, ubi poeta crudelem Rutili animum commemorat, hi versus scripti sunt (a v. 23):

---

[1]) Ut appareat, quantum in hoc loquendi genere inter Juvenalem et Virgilium differat (Horatius et Ovidius ad Juvenalem propius quam ad Virgilium accedunt), huius insolentiorem asyndeti usum adumbrabo. V. non solum duobus membris particula copulativa junctis tertium sine copula crebro addit (Aen. III, 594, IV, 614), sed in plurium quoque membrorum coacervatione vel ultimum (Aen. V, 112) vel ultima per asyndeton ponit (Aen. VI, 234); duobus membris dissolutis non solum tertium per *et*, *ac*, *atque* adjungit (Aen. VI, 643, III, 206), sed tertio huic membro quartum sine copula adjicit (Aen. VI, 180—182), et in multorum membrorum enumeratione inter copulativam juncturam asyndeton ita interserit, ut, quamquam id membrum, quod sine conjunctione ponitur, versum plerumque incipit (Aen. III, 126, 467, V, 826, VI, 289, 484), nulla talis regula exstet (Aen. VI, 307, 854); ubi denique plura membra per anaphoram juncta sunt, unum per asyndeton iis-raro-interponit (Aen. III, 360). His Juvenalis omnino abstinet.

Quid suadet juveni lætus stridore catenæ
Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer
Rusticus? Exspectas, ut non sit adultera Largæ
Filia?

duo eiusdem rei nomina junguntur, asyndeton offendit. ius et Hermannus distinctione versuum mutata adjec-n, quod est *Rusticus*, a substantivo *carcer* divellunt: *er. Rusticus exspectas*, sed substantivum *carcer* ad-vum requirit, et apud Juvenalem substantivum (adjec-n) in clausula versus positum ab adjectivo (substan-eodem casu in initio versus sequentis posito caute lli debet[1]). Rupertius, quem recentiores sequuntur, er-ula proprie carcerem rusticum esse concedens, vocabu-hoc loco non carcerem verum ipsa mancipia, ut alibi tia, stabula, naufragia, aucupia cet. esse dicit, vel erga-inscripta vocari, in quibus sint mancipia inscripta. *stula* apud Juvenalem pro *omnibus* servis in erga-s inclusis poni non nego, sed ut concesserim, eodem , quo *lætum convivium* pro *lætis convivis* ponitur, *inscripta ergastula* (quamvis aliud sit ergastula pro s ergastulorum poena affectis, aliud inscripta ergastula inscriptis servis dici) de *omni* servorum *numero* poni , tamen *inscripta ergastula* de *loco*, ubi sunt man-inscripta, dure dicitur. Apud Juvenalem servi stig-notati nullo alio loco inscripti vocantur, quo voca-Plinius, Martialis, Gellius pro vulgari *inusti*, *com-ti* interdum utuntur, et in satira octava inscripta

---

t exempla ex hac eadem satira afferam, in primis versibus ucentis hic verborum positus his locis invenitur: v. 4, 16, 5, 40, 45, 54, 66, 86, 89, 93, 105, 120, 148, 168, 170; una vel aucis vocibus interjectis alterum membrum divulsum est v. 18, 32, 68, 81, 107, 121, 165, 174, 185, 190, 192. Qua ge substantiva et adjectiva in eodem versu distribuantur, am commemoravimus.

lintea (v. 168) sunt vela popinæ vel siparium ante ostium popinæ suspensum, in quo tituli rerum venalium depingebantur, et eadem verba centones ante cellas scortorum suspensos atque illorum nominibus distinctos significant. Si posterius membrum (carcer rusticus) participio *inscripta* prædicative adjunctum esse statui non potest, dicere prætulerim, hunc locum appositionis potius quam asyndeti exemplum præbere cfr. VII, 121 *Aut vinum Tiberi devectum, quinque lagenæ.*[1])

Quod de dissolutæ orationis forma dixi, vix quemquam poetam sæpius quam Juvenalem ea usum esse, idem de anaphora dici potest, et caussa crebri huius jungendi formæ usus facile apparet, quum enim anaphora ad concitatam orationem aptissima sit, poetam, qui concitatione atque vi orationis excellat, eam amare consentaneum est. Frequentissima est anaphora pronominum, conjunctionum, particularum, rarior verbi[2]) vel verbi atque subjecti (VI, 231);

---

[1]) Ubi substantivum, cui appositum additur, adjectivo posito certius definitur, appositum inter adjectivum et substantivum interponi solet: VII, 118 *Virides, scalarum gloria, plantæ*; 120 *Veteres, Afrorum epimenia, bulbi*, quo modo etiam Ovidius fere ubique verba distribuit: Met. VIII, 226 *Odoratas, pinnarum vincula, ceras.* In sat. VIII v. 51 *Petit Euphraten juvenis domitique Batavi Custodes aquilas* appositum *custodes* substantivo præmittitur cfr. VII, 147 *Gallia vel potius nutricula causidicorum Africa*, qui ordo membrorum, ubi substantivo nullum adjectivum adhæret, usitatus est, quamobrem Virgilii *raptores lupi* male conferuntur. Longe alia est ratio loci: *Sed sidera testa intendunt oculos* (VIII, 149).

[2]) In sat. VII v. 50: *Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi Consuetudo mali; tenet insanabile multos Scribendi cacoethes et ægro in corde senescit*, graviore signo (post *mali*) vix recte inciditur. Primum enim Juvenalis, quod alio huius disputationis loco accuratius tractabimus, pronomen *te* non audit, deinde verbum, quod est *discedas*, pro *discedere velis* vel, ut Rupertius vult, *discedere velimus s. cupiamus et conemur*, dici non potest; substantivum denique, quod est *laqueo*, etiam cum altero *tenet* jungi debet.

ro autem poeta, qui in quatuor vel plurium membrorum
ervatione vocem communem in primis repetens ul-
, ut in prosa oratione, per asyndeton ponit, non poe-
n more particulis conjunctivis adjungit, duobus vel
buš membris per anaphoram junctis tertium vel ulti-
ı membrum particula *et* vincit: VI, 516 *Cui rauca*
rs, cui tympana cedunt Plebeia et Phrygia vestitur
a tiara cfr. III, 26, 149, 167, VIII, 15, nusquam tamen ut
ilius sine copula adjungit. Interdum vero particula
lativa ultimi membri anaphoræ additur, quo facto
us jungendi modis pro uno adhibitis genus quoddam
iasmi oritur: VII, 53 *Cui non sit publica vena, Qui*
expositum soleat deducere, nec qui Communi feriat
en triviale moneta cfr. III, 166-167, X, 164, quod
ndi genus eo insolentius videtur, quia poeta duas sen-
ıs relativas, etiam ubi periodum claudunt, anaphora
vi jungere (ut X, 236, XI, 160, XII, 9, XIII, 150) vel
copula ponere solet (ut III, 215, I, 167, V, 150), et
:ulam copulativam relativo raro addit (X, 250). Non
s rara ea anaphoræ atque asyndeti conjunctio est, quod
ıs vel pluribus membris dissolutis tertium vel ultimum
epetitionem vocis, quæ primum induxit, annectitur:
190 *Qui sedet et spectat triscurria patriciorum,*
ipedes audit Fabios, ridere potest qui Mamercorum
ıs cfr. II, 26-29; sæpius autem poeta ita loquitur, ut,
uas sententias (raro relativas) copulative jungit, con-
onem, quæ priorem induxerit, in altera repetat: VI,
Quum virides gemmas collo circumdedit, et quum
bus extensis magnos commisit elenchos cfr. III, 157,
)8, qua jungendi forma pro simplici copulativa junc-
usus ex una sententia duas interdum efficit atque
m utriusque membri commune, quod apud priores in
utro membro ponitur[1]), in priore ponit: V, 82 *Mullus,*

---

or. Epist. II, 1, 73, I, 2, 17; 7, 53; 8, 14.

quem misit Corsica vel quem Tauromenitanæ rupes cfr. VII, 176. Huic, ut ita dicam, duplicationi sententiarum Juvenalis magnopere favisse videtur, et interdum duo membra per anaphoram jungens duas sententias constituit, sed contra atque supra ostendimus, ubi, copulativa annectendi ratione cum anaphora conjuncta, verbum in priore sententia poni diximus, jam in altera ponitur[1]): IV, 53 *Si quid Palfurio, si credimus Armillato*, XIV, 306 *Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis* cfr. VI, 114; XI, 200, IV, 7, et subjectum utriusque sententiæ commune ei raro adjungitur: VI, 624 *Hæc poscit ferrum atque ignes, hæc potio torquet;* VI, 111 *Hoc pueris patriæque, hoc prætulit illa sorori.* Prius exemplum ea de caussa notabile est, quod suum utraque sententia verbum habet, et substantivum transpositum alteri pronomini adjunctum est. His finibus anaphoræ usus apud Juvenalem circumscribitur; videmus igitur poetam contra atque priores certas regulas ubique sequi, quamobrem hoc quoque loquendi genus, si fines tenentur, ad locos, in quibus de recta enarratione dissentitur, illustrandos aliquid conferre potest. Sic in satiræ septimæ v.230: *Ut præceptori verborum regula constet, Ut legat historias, auctores noverit omnes* ultimi membri asyndeton anaphoram prægressam non excipit, sed verbum, quod est *noverit*, verbo præcedenti per asyndeton adjunctum est, et adjectivum, quod est *omnes*, ad utrumque substantivum referendum est (cfr. VI, 450 *Nec historias sciat omnes*): ut omnes historias legat et omnes auctores noverit cfr. Hor. Epist. I, 7, 79 *Dum risus undique quærit, Dum septem donat sestertia, mutua septem Promittit* = dum s. s. donat et s. s. mutua promittit; oratio enim et

[1]) Apud priores verbum jam in priore sententia ponitur: Hor. Epist. I, 2, 21; 4,6 Virg. Aen. V, 191, jam in posteriore: Hor. Epist. I, 6, 5; A. P. 313-314.

ɜnalis et Horatii loci re vera bipertita est.[1]) In satira a, ubi a v. 216 sic scriptum est:

Hic nuda et candida signa,
Hic aliquid præclarum Euphranoris et Polycleti,
Phœcasianorum vetera ornamenta deorum,
Hic libros dabit;

n Juvenalis asyndeton inter anaphoras, qui mos est ilii, nusquam interseruerit, versus, qui est *Phœcasia-ım vetera ornamenta deorum*, modo ita expediri po- ut hæc verba adjectivo, quod est *præclarum*, pĕr sitionem adjuncta esse dicantur. Sic autem locus ım non habet et, ne de vocabulo, quod est *Phœcasia-ım*, dicam, cuius forma non minus singularis est quam ıignificatio, quæ ei adfingitur, satis erit annotasse, os atque bonos codices *Hœc Asianorum* habere, pro pronomine Jahnius *Hic* legendum esse credit. Quid impedit, quominus poeta inter viros dona et impensas ɜrentes feminam interseruerit?

In satira octava poeta, postquam Ciceronis de repub- Romana merita exposuit, a v. 240 hos versus sub- it:

ıntum igitur muros intra toga contulit illi
ɔminis ac tituli, quantum non Leucade, quantum
ɜessaliæ campis Octavius abstulit udo
ɐdibus assiduis gladio. Sed Roma parentem,
ɔma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

richius, ut in altero membro post anaphoram parti- a *non* omissam esse probet, duos locos (sat. XV v. 24;

---

imile loquendi genus hoc Horatii loco exstat: *Si quædam imis antique, si pleraque dura Dicere credit eos, ignave multa fatetur* Epist. II, 1, 66).

sat. XI v. 140) auxilio vocat. In utroque versu notissimus ille usus, quem jam tractavimus, reperitur, quod, ubi negatio utriusque membri communis præcedit, alterum membrum copulative annectitur. Jam Heinrichius ex his locis sic concludit: quum particula negativa a poeta, particula copulativa alterum membrum annectente, omitti soleat, quumque eundem Juvenalem particulam copulativam omittere solere notissima res sit, nihil impedire, quominus hoc loco, quo particula copulativa omissa sit, particula negativa omissa putetur. Ex eo igitur, quod, ubi negatio ad utrumque membrum pertinet, dici potest: hoc non tibi et fratri tuo dedi, concludit eadem significatione posse dici: hoc non tibi, fratri tuo dedi, eadem: hoc non tibi, hoc fratri tuo dedi. Et recentiores in hac grammaticarum rationum confusione eum sequuntur. Sed quamquam hoc loco enarrationi eius repugnabo, ea, quæ ab eo stare quis credat, et ad quæ non attendisse videtur, non reticebo. Duo apud Juvenalem loci exstant, quibus locis particula negativa in altero membro posita in altero omissa dici possit, nam quod, ubi negatio præcedens ad utrumque membrum pertinet, alterum copulative additur, non ad omissionem particulæ sed ad insolentiorem annectendi atque jungendi rationem referendum est. In satira decima tertia, quem locum jam attigimus, sic scriptum est (56): *Si juvenis vetulo non assurrexerat, et si barbato cuicunque puer* (credebant grande nefas), ubi ad alterum membrum non solum verbum sed negatio quoque repetenda est, verum hæc forma ex commixtione aliqua, quam apud Juvenalem raram non esse vidimus, junctura copulativæ et anaphoræ orta est, et si particulam condicionalem in altero membro repetitam omiserimus, illa forma, quæ apud poetas passim occurrit, relinquetur: *Si juvenis vetulo non assurrexerat et barbato cuicunque puer*, sed poetam, si particulam copulativam omisissset, atque anaphora particulæ condicionalis sola *membrum alterum* adjunxisset, verbis eandem significationem

bjecturum fuisse, si eius loquendi usum tenemus, nullo ›do statui potest. Alter locus est in satiræ tertiæ v. 9: *Qua fornace graves, qua non incude catenæ?* ubi gatio ab altero membro ad prius revocanda est. Inso-ıtissima est hæc loquendi forma, quacum Heinrichius ›do illum nonnullorum poetarum usum conferri posse ›it, quod præpositiones in altero membro interdum po-ntur, qui usus neque apud Juvenalem usquam invenitur que rem attingit, sed, quum adjectivum (*graves*) in ›ero membro, substantivum (*catenæ*) in altero positum , quæ distributio apud poetas frequentissima est, negatio rbo adjuncta est, illud autem omissum. Eadem igitur quendi forma exstat atque his Virgilii locis: Aen. II, 55 *si fata deum, si mens non læva fuisset;* VI, 92 *Quas ntes Italum aut quas non oraveris urbes*, in quibus et rbum et negatio ad prius membrum audienda est (cum s exemplis satiræ XV v. 171-172 conferri non debent: *uid diceret ergo, Vel quo non fugeret, si nunc hæc ›nstra videret Pythagoras*). Heinrichius locum Plinia-ım ex panegyrico (c. XXXVI) profert: »Quam juvat cer-re ærarium silens et quietum et quale ante delatores at! Nunc templum illud, nunc vere ædes, *non* spolia-ım civium, cruentarumque prædarum sævum receptaculum toto in orbe terrarum adhuc locus unus, in quo, optimo incipe, boni malis impares essent«, quo loco ad *ac toto* rticulam *non* audiendam esse dicit, sed cur ad parti-lam prægressam *que* et cohærentiam sermonis non atten-t? Ex Martiale locum e lib. epigr. XI (LXXXI) eum otulisse mallem:

Viribus hic operi non est, hic utilis annis,
Ergo sine effectu prurit uterque locus.

c enim locus loco Juvenalis similior est, hoc vero, quod ›gligendum non est, ab eo diversus, quod et verbum et ›gatio ut in exemplo Juvenalis *Si juvenis vetulo non*

assurrexerat ad alterum membrum auditur cfr. Hor. Sat. I, 3, 43 *At pater ut gnati, sic nos debemus amici, Si quod sit vitium; non fastidire.* Hæc omissionem defendere quis credat, sed jam ad ipsum locum revertamur. Codices non consentiunt; plurimi *non* habent, reliqui *in* pro *non* (quam scripturam vetera scholia habuerunt, et Jahnius in textu posuit) vel *nec;* Hermannus *vix* scribit particulamque in altero membro audit. Qui particulam negativam defendunt, poetam Ciceronem Octaviano prætulisse dicunt; qui præpositionem substituunt, eum Ciceronem Octaviano parem posuisse malunt. Horum enarratio sine dubio melior est. Cicero cum Octaviano comparatur et par ei evadit, deinde discrimen esse, et Ciceronem maiorem habendum esse, poeta verba *Sed Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit* subjungens addit, et, si eum maiorem esse jam dixisset, particula adversativa *sed* id ipsum, quod eum maiorem reddit, vix adjunxisset. Adjectivum, quod est *libera*, discrimen eorum exprimit: magnitudine rerum gestarum pares sunt Cicero et Octavianus, sed *libera* Roma Ciceronem patrem patriæ dixit. Sic cohærentia quoque sermonis eorum enarrationi obstat, qui negationem in altero membro omissam esse dicunt, neque omissio tam insolens accipi debet, quæ et a poetæ loquendi usu alienissima et sententiæ loci molesta sit. Si enim *quantum non Leucade, quantum Thessaliæ campis* legimus, particula, quæ est *non*, ex Juvenalis loquendi usu modo ad prius membrum pertinet, et ad alterum particula adversativa audienda est cfr. XV, 108 *Nec enim omnia, quædam pro vita facienda putat*, quæ verborum junctura victoriam a Thessaliæ campis reportatam victoriæ ad Leucadem partæ mire opponit et sententiam loci perturbat. Poeta certe particulam negativam non scripsit. Restat altera codicum scriptura *in*, quæ et sententiam bonam præbet, et in qua caussa idonea, cur librarii pro præpositione particulam *non* substituerint,

ɜse videtur. Hiatus enim *quantum in*, quamquam in ıra nona in exitu versus 118 *tum his* (ante *h*) legitur, ɔlentissimus est, et Juvenalis modo in cæsura atque ɔrius versus pedis arsi, illo loco excepto, hiatui indulsit. ri tamen potest, ut poeta, qui Græcis formis in *e* exeunıs crebro utatur, *Leucate* scripserit (Virg. Aen. III, 274 *ucatæ;* VIII, 677 *Leucaten*), quæ scriptura in uno codice eritur (*in Leucate*). De quinti versus spondeo metri ionem tractantes diximus. Verbo, quale est *abstulit*, ativus sine præpositione addi solet, quamobrem, ut dixi, ɔta fortasse neque *n n* neque *in* neque *nec* scripsit sed *ıntum Leucate, quantum.*

Expositis, quæ de copulativa jungendi ratione et asyni atque anaphoræ usu dicere constitueram, locos aliquot ɔjungam, qui aut ab illo poetæ loquendi usu, quem tracimus declinare videntur, aut ob difficiliorem sententiarum cturam, qui commemorentur, digni sunt.

In satira decima poeta nota Solonis verba γνῶθι σεαυτόν dans et exemplis magnorum ducum ac regum, mortem ım, quam parvi homines sint, docere demonstrans his bis Xerxem profert (a v. 173):

Creditur olim
Velificatus Athos et quidquid Græcia mendax
Audet in historia, constratum classibus isdem
Suppositumque rotis solidum mare; credimus altos
Defecisse amnes epotaque flumina Medo
Prandente, et madidis cantat quæ Sostratus alis.

ɔnomen *isdem* ad *velificatum* Athonem referendum esse ɛet, neque verba ullam difficultatem habent, sed asynon tertii membri: *constratum classibus isdem sqq.* iis, ɛ de asyndeti usu diximus, repugnat, et interruptus est um ordo. Postquam enim poeta homines *velificatum honem et quidquid Græcia mendax Audet in historia* ɔ vero accipere dixit, ex eius loqueudi úsu aut nihil

amplius aut maiora exspectanda erant, sed Athoni perfosso et viæ maritimæ effectæ modo constratum Hellespontum et viam terrestrem per fretum effectam adjungit, deinde verbi persona insolentius mutata (*creditur-credimus*) tertio exemplo ex eadem fabula prolato subjungit verba *et cantat quæ Sostratus*, ita ut *mare constratum* mendacium fiat Græciæ et mire mendaciis Sostrati opponatur. Huc accedit, quod hæc verba contra Juvenalis loquendi usum ad verbum *Audet* referenda sunt, nam particula copulativa *et* non, quod intelligunt, verba *constratum classibus isdem sqq.* cum vocibus *Velificatus Athos*, sed verba *quidquid Græcia mendax sqq.* cum iisdem vocibus jungit, et quomodo verba *quidquid Græcia* sqq., si cum *creditur* jungenda non sunt, grammatice explicanda sint, nescire me fateor. An tamquam spuria uncis includenda sunt? Sic certe omnia recta erant, modo ne particula copulativa extra parenthesin stare sineretur, et metrum quoque, molesta alterius substantivi, quod est *Athos*, syllabæ productione sublata, adjutum, sed ne interpretum nimis multos versus spurios augeamus. Aut tria creduntur: *Velificatus Athos, quidquid Græcia mendax audet, mare constratum*, et mire non modo id, quod primum atque tertium complectitur, medium interpositum est, sed, constructione mutata, ultimum membrum (quod, ubi præcedentia copulative juncta sunt, apud Juvenalem nusquam fit) per asyndeton additum est; aut duo: *Velificatus Athos et quidquid Græcia mendax audet*, et verba, quæ sunt *constratum classibus isdem*, quum verbum, quod est *creditur*, sic audiri nequeat, ad verbum *audet* referenda sunt. Difficultas loci simplicissimo remedio tolli potest. Post *credimus*, non ante hoc verbum, comma ponendum est. Sic res salva est, nam in plurium membrorum coacervatione priorum membrorum conjunctio asyndeta in copulativam ultimorum juncturam sæpius transit, et *mare constratum* non Græciæ mendaci sed Sostrato recte attribuitur. In ipso autem verbo *constratum*, pro

codex Pithoeanus *contractum* habet, mendum latere ıt, nam de ponte in Hellesponto juncto sermo est, et ›ons Athoni perfosso opponitur, sed mare constratum nare magna navium multitudine opertum, neque ver- consternendi de ponte jungendo poni solet (apud Cæ- n in bell. Gall. l. VIII, c. 14, 4 ubi *pontibus palude trata* legitur, hoc verbum de rebus singulis dissipandis, ıs aliquid obtegitur, recte dicitur), qua significatione solum pedestris orationis scriptores verum etiam poetæ ıendi verbum ponere solent, et de ipso Xerxis ponte verbum ter positum invenitur: apud Iust. II, 10, 24 *dam maria pontibus sternebat;* Lucret. III, 1043 *n qui quondam per mare magnum stravit;* Sidon, V, *res tumidas quum sterneret undas.* Non pauci ›es pro *constratum* habent *quum stratum* Si sic nus, caussa, cur *creditur* per *credimus* repetatur, ret, *epota flumina* et *quæ Sostratus cantat* mendacia ciæ fiunt, hæc posteriora verba cum superioribus *quid- ! Græcia mendax audet* in gratiam redeunt, poeta de- e ipsam expeditionem factam esse non negat, sed as illas fabulas, quæ de eo ferebantur. deridet, et ipsa ditio verbis, quæ sunt *quum stratum classibus isdem positumque rotis solidum mare*, exprimitur.

In satira duodecima, ubi poeta Catulli in mari peri- m describit, quem locum primus omnium Madvigius ravit, hæc a v. 30 scripta sunt:

Quum plenus fluctu medius foret alveus et, jam
Alternum puppis latus evertentibus undis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani...

Madvigius Schmidtii distinctionem ex prava enarratione ectam laudans scribendum esse censet. In vexatissimi ıs loci enarratione Madvigio certe obtemperandum est, ıui opinionem eius refellere conantur, nihil agunt, sed inctio Schmidtii dubitationem movet, et pæne adducor,

ut credam, Madvigium, ut aliquid Schmidtio concederet, rem leviorem habuisse, quam ut, quæ commemoraretur, digna esset. Nusquam enim apud Juvenalem talis orationis distributio invenitur, qua non solum particula copulativa in ultimo versus pede posita, nullo membri, quod adjungit, vocabulo addito, toto versu interjecto a verbis, quæ addit, divellatur, sed particula quoque *jam*, quæ versum claudit, sententiam interjectam incipiat. Quod particula copulativa, pronomine relativo versum claudente et brevem sententiam annectente, duobus locis divellitur, nihil duri habet, et triginta novem loci restant, quibus duo unius syllabæ voces versum claudant, sed ne unus quidem simile exemplum præbet. Particulæ, quæ sunt *et jam*, divelli non possunt. Præter hunc locum eædem particulæ quinquies versum claudunt: quater ea vox, quam adjiciunt, versum sequentem incipit (V, 47 *Calicem nasorum quatuor ac jam Quassatum;* VI, 574 *Consulit et jam Consulitur;* IX, 75 *Ruperat et jam Signabat;* XIII, 9 *Cognitus ac jam Tritus*), quinto loco ut hoc, quem tractamus, ea vox, quam annectunt, totius versus interpositu simili modo divulsa versum incipit (XV, 62):

> *Ergo acrior impetus, et jam*
> *Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis*
> *Incipiunt torquere, domestica...*

neque ulla caussa, cur particulæ divellantur, nec in verbis nec in cohærentia sermonis inesse videtur, et apud Juvenalem ablativi consequentiæ totum versum tam sæpe implent, ut hanc formam amare videatur, quamobrem non ante *jam* sed et post hanc particulam et post *undis*, vel neutro loco, incidendum esse credo.

In satira decima poeta, postquam exposuit, quæ pericula juveni pulchro ac formoso Romæ et a viris et a mulieribus libidinosis eminerent, a v. 324 hos versus *subjungit:*

casto qaid forma nocet? Quid profuit immo
polyto grave propositum? Quid Bellerophonti?
buit nempe hæc, ceu fastidita; repulso
Stheneboea minus quam Cressa excanduit, et se
cussere ambæ.

einrichius locum edit, quem Jahnius ita sequitur, ut *fastidita* comma ponat; alii post *repulso* puncto at, Hermannus: *Erubuit nempe hæc ceu fastiditd, a Nec sqq.* scribit. Rupertius, qui post *repulsa* um ponit, verba se interpretari non posse confessus *it nam Phædra, ut fastidita, repulsa* legendum enset, quam conjecturam, cuius violentia gravibus argumentis eget, ita defendit, ut Juvenalem, nisi Phædram posuisset, pro *Phædra Cressam* dicturum neget. Heinechius ad pronomen *hæc* ex sequentibus *t* facile assumi posse putat; talem constructionem sitatam esse, et apud poetas multo duriores inveniri dit, sed quum Bellerophontis (Stheneboeæ igitur) moratio proxime antecedat, pronomen, quod est *hæc*, eneboeam, non ad Cressam (Phædram, Minois filiam), dum est. Heinrichius solus nullam difficultatem in rsu inesse dicit, structuram paullo insolentiorem esse it, et poetam pro *hæc nec illa minus* altero loco Steneboeæ posuisse putat. Is quoque pronomen ressam significare dicit. Idem scripturam *repulso*, i codicibus nonnullis inest, veram esse affirmat, et xplicat »ablativum participii pro: quum accidisset «. In plurimis codicibus, inter quos multi boni, *a* legitur »non pauci pro *nempe* habent *certæ* vel Tali ablativo absoluto participii, qualem Heinrichius *o* pro *repulsa* substituens inducit, Juvenalis nusquam st, et ab eius loquendi usu tam abhorret, ut admitti) nequeat, quamobrem non est, cur scriptura *repulsa*, odicum auctoritate defenditur, loco moveatur. Etiam quæ sunt *ceu fastidita*, eam commendant. *Repulsa* non

est substantivum, quod interpretes opinari videntur, inter quos M. Hauptius, qui pro *hæc hac* legendum esse censet, sed participium, et verbum repellendi apud poetas non raro sic positum invenitur, ut passivi participium de eo, cuius amor repudiatur, atque interdum de ipso amore repudiato dicatur: Ovid. Metam. XIII, 735 *Proci repulsi;* Prop. II, 4, 2: *Sæpe repulsus eas;* Ovid. Am. VIII, 76 *Amor sæpe repulsus;* Virg. Aen. IV, 214 *Connubia nostra repulit.* Si locos, quibus particula, quæ est *ceu*, apud Juvenalem invenitur, spectamus: IX, 2 *Occurras ceu Marsya victus;* X, 231 *Hiat senex ceu pullus hirundinis;* VI, 573 *In cuius manibus ceu pingvia succina tritas Cernis ephemeridas;* VII, 237 *Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat,* voces, quæ sunt *erubuit ceu fastidita*, significant: *erubuit, ut mulier fastidita erubescere solet,* sed voces *erubuit ceu fastidita repulsa* caussam ruboris urgent et idem significant, atque si hoc scriptum fuisset: *erubuit repulsa tamquam fastidita,* quibus verbis poeta non solum ruboris sed iræ quoque caussam exponit. Qui veterem scholiastam secuti cum Heinrichio, Rupertio, aliis pronomen *hæc* ad Cressam referendum esse dicunt, inde hoc, credo, colligunt, quod verba: *Nec minus Stheneboea quam Cressa excanduit,* quæ comparationem inter Cressæ et Stheneboeæ iram instituunt, Cressam jam commemoratam esse indicare videntur, sed quum in præcedentibus versibus neque Phædræ neque Stheneboeæ commemoratio facta sit, et poeta modo viros, qui harum amorem repudiaverant, commemoraverit, eum a virorum commemoratione ad matronarum repudiatarum iram describendam transeuntem pro huius vel illius matronæ nomine pronomen demonstrativum, quod est *hæc*, nudum posuisse et ad virum priore loco positum retulisse (Hippolytum) plus quam incredibile est. Sic nusquam dixit, sic non hoc loco dicit. Si pronomen *hæc* Stheneboeam significat, forma verborum, quæ sic oritur. *Hæc (Stheneboea) erubuit* nec Stheneboea minus quam

sa excanduit et se concussere ambæ, quamquam in-
tior est, a Juvenalis loquendi usu non ita abhorret,
)etam sic non scripsisse pro certo affirmari possit, verum
)men demonstrativum pro nomine positum dubitationem
t, et utriusque verbi notio (*erubuit* et *excanduit*)
sario ad utramque matronam referenda est: utraque
iit et excanduit repulsa, ut utraque se concussit (nos
ius: satte sig øjeblikkelig i Bevægelse), quamobrem
verba divelli non debent. Si pronomen *hæc* omittimus,
ura perspicua est, nam particula copulativa cum nega-
, quæ ad vocem *minus* proxime pertinet, coaluit:
uit repulsa ceu fastidita nec Stheneboea minus quam
sa excanduit = Stheneboea repulsa ceu fastidita
uit et excanduit non minus quam Cressa, et utraque
ncussit, et nomina matronarum repulsarum eodem ordine
viri illi, qui amorem earum repudiaverant, efferuntur.
1 loco jam enarrato: *Nec curanda viris ... castigat*
455) particula *nec* simili modo posita versum incipit,
oc loco eandem sedem tenet, et poetam, ubi voci
i insolentiorem significationem vel singularem vim
velit. hoc versus loco eam designare. jam commemora-
s. Apud Juvenalem ut apud ceteros poetas, ubi aut
ura paullo implicatior est, aut subjectum deesse vide-
aut syllaba brevis insolentius producitur, aut hiatus
iitur, librarii huiusmodi locis eo modo mederi ple-
ue conati sunt, ut pronomen vel particulam vel *est*
sererent. Pronomen demonstrativum *hic* in magna co-
n parte in satiræ quartæ v. 78 subditum esse jam
ius, et loci, in quibus *et* vel *est* insertum inveniri potest,
multi sunt, ut duorum codicum collatio satis superque
plorum præbeat. Hoc loco, quo et subjectum duorum
)rum commune (ut sæpius apud Juvenalem) inter par-
am copulativam et alterum verbum interpositum est,
)eta alteram particulæ *nempe* syllabam in cæsura pro-
et junctura verborum implicatior est, tres interserendi

et corrigendi caussæ conjunctæ fuerunt, quumque codices in hoc pronomine ponendo non consentiant, et alii *certæ* alii *certe* pronomine omisso habeant (post interrogationem Juvenalis *certe* eadem significatione atque *nempe* sæpius utitur cfr. X, 99, IX, 9), qua scripturæ varietate et pronomen subditum esse, et librarios ob alterius particulæ *nempe* syllabæ productionem *certe* substituisse verisimilius fit, molestissimum illud pronomen optimo jure ejici posse credo. Si legimus:

Erubuit nempe ceu fastidita repulsa
Nec Stheneboea minus quam Cressa excanduit, et se
Concussere ambæ.

omnia recta sunt, et ubi duæ sententiæ copulative junguntur, subjectum commune iis imprimis locis, quibus (ut hic *repulsa*) adjectivum vel participium ei adhærens in priore relinquitur, in altera crebro ponitur. Etiam codex membranaceus optimus Hauniensis pro *nempe hæc* pronomine omisso *certe* habet, quæ pronominis omissio, quamquam verba nonnulla librariorum incuria in codicibus passim exciderunt, vix casu factum est; idem enim codex etiam alio loco pronomen demonstrativum omittit, qui locus in satira secunda a v. 117 sic scribi solet:

Quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem
Cornicini, sive hic recto cantaverat ære.

In satira XI, quo loco poeta simplices atque integros priorum temporum mores et frugi priorum Romanorum victum cultumque cum perdita sui temporis luxuria comparat, hi versus a v. 86 scripti sunt:

Cognatorum aliquis titulo ter Consulis atque
Castrorum imperiis et Dictatoris honore
Functus ad has epulas solito maturius ibat
Erectum domito referens a monte ligonem.
Quum tremerent autem Fabios durumque Catonem

t Scauros et Fabricios rigidique severos
ensoris mores etiam collega timeret:
emo inter curas et seria duxit habendum,
ualis in oceani fluctu testudo nataret,
larum Trojugenis factura ac nobile fulcrum,
ed nudo latere et parvis frons ærea lectis
ile coronati caput ostendebat aselli,
d quod lascivi ludebant ruris alumni.

rigidique (v. 91) non pauci codices (inter quos codex eanus est, qui in v. 93 pro *habendum* habet *haben-* *postremo* scribunt, quam scripturam Rupertius, Jah- Hermannus ita amplexi sunt, ut eam in textu pone-

Hoc autem vocabulum nusquam alibi apud Juvenalem ır, quumque poeta in tali adverbio, quale est *postremo*, ıam in thesi syllabam terminalem brevem ponat, hæc ;ura accipi vix debet (cfr. pg. 9-10). Qui *rigidique* t, hos versus ita enarrant, ut verbo, quod est *timeret*, ɔbjecta: *Scauros*, *Fabricios*, *mores* addant, sed post *icios*, non post *Catonem* incidendum esse, jam apparet, quod particula *que*, ubi *et-et* præcedunt, uvenalis loquendi usu ultimum membrum non ad- t et frequenter sententiam novam addit. Etiam ra quarti pedis hanc versus distinctionem commendat. um *tremerent* quatuor objecta habet, verbum *timeret* ı: *mores*. In versu 90 particulam *autem* minus n esse, Heinrichius solus vidit, et poetam *adhuc* sisse credit, sed codices paucis exceptis (qui *alii* vel habent) consentiunt, neque conjectura opus est. Ju- lis enim, ubi mores disciplinamque temporis alicuius ıgit, hoc tempus certius definire solet et ita plerumque, anc temporis definitionem primæ descriptionis imagini ıngat, deinde ceteras descriptionis partes promat. Si n, qui in satira decima tertia a v. 38 legitur, quique lem formam præbet, cum hoc comparaverimus, hic *elucebit: poeta* indigenarum mores olim simplices atque

ntegros fuisse dicit, deinde, tempore definito, morum simplicitatis descriptionem sic continuat, ut perfectum tempus imperfectum præcedens excipiat: *Improbitas illo fuit admirabilis ævo* (v. 52). Eadem est huius loci ratio, et distinctione versuum mutata omnia recta erunt. Verba *Quum tremerent autem sqq.* superioribus, non subsequentibus, adjungenda sunt, nam tempus, quo *cognatorum aliquis ibat* certius definiunt, et a verbis: *Nemo inter curas et seria duxit habendum* — ad perfectum verbi tempus attendendum est — morum descriptio continuatur, quamobrem post *ligonem* (v. 89) commate et post *timeret* (v. 92) puncto incidendum est. Pluralis verbi, quod est *tremerent*, numerus voces prægressas *aliquis ibat* paullo durius excipit, et scriptura *alii* pro *autem* emendatio est librarii subjectum desiderantis, quod voces versus 98 *ruris alumni* definiunt (aliquis ibat, quum tremerent; nemo duxit .. sed ruris alumni ludebant). Quoniam autem hunc locum tractamus, aliam ultimi versus, atque enarretur, significationem esse crediderim. In fronte, anteriore parte, lecti caput aselli coronati arte rudi — sic enim adjectivum, quod est *vile*, accipiendum est — exsculptum erat, cuius moris origo ex Hygini fabula LXXIV vulgo petitur: »antiqui nostri in lectis tricliniaribus in fulcris capita asellorum vite alligata habuerunt, quod pampinos prærodendo potare vites docuerit atque ita vini suavitatem invenerit«, quam Heinrichius autem de coronato Vestæ asello deducit. Jam poeta versum hunc subjungit: *Ad quod lascivi ludebant ruris alumni*, quæ verba Heinrichius sic enarrat: »cui alludebant, quocum jocabantur rustici pueri, vernæ, juvenes et simplices ruris servi, non compti atque nitidi posterioris temporis servi; vetus scholiastes: rustici infantes. Male.« Rupertius enarrationem scholiastæ laudans lascivos ruris alumnos rusticos infantes intelligit. Unde hæc enarratio orta sit, facile demonstratu est. Apud Suetonium (de Claudio XXXII) narratur: »adhibebat omni coenæ et liberos suos cum puer

ique nobilibus, qui more veteri ad lectorum fulcra
es vescebantur,« et apud eundem (de Augusto LXIV)
e coenavit una, nisi ut in imo lecto nepotes assiderent,«
morem Tacitus quoque (Annal. XIII, 16) confirmat:
habebatur, principum liberos cum ceteris idem ætatis
ous sedentes vesci in adspectu propinquorum et par-
mensa.« De pueris igitur ad fulcra sedentibus et
aselli inter coenam alludentibus locus enarratur.
chius, qui priorem Suetonii locum affert, pro pueris
substituit, quos antiquo more ad fulcra lectorum
es vesci solitos esse dicit, at de servis hic mos non
ir, et scholiastes de vernis infantibus liberorum loco
veteres rusticos habitis loquitur. Hæc autem enarratio
um non parvam dubitationem habet, nam neque voces,
unt *ad caput ludere*, capiti alludere vel cum capite
significare possunt, neque pueri aut vernæ rustici
alumni usquam apud poetas vocantur. Ovidius se
i ruris alumnum vocat, Statius Dianam nemoris
am nominat, apud Valerium Flaccum pisces sunt
is alumni, ut apud Ciceronem ranæ paludis alumnæ
Horatius capellas alumnas vocat et apud eundem
Satyrique silvarum agrorumque alumni sunt, sed
am pueri sive liberi sive servi ruris alumni appel-
. *Ruris alumni*, si missis ambagibus significationem
um quærimus, sunt incolæ ruris, agricolæ. Poeta
licit: nunc squalidus fossor oluscula fastidit, quæ
s in parvo horto ipse legere solebat; olim viri consu-
et qui dictaturam gesserant ab opere agresti ad epu-
ugales læto animo ibant; supellex ut cibus simplex erat,
nulla testudine ornati, frons ærea vile caput aselli
lebat, et ad hoc convivæ (ruris alumni) ad epulas
die convenientes læti puerorum more ludebant. In
igitur versu summa totius descriptionis vel imaginis
est: quamquam supellex vilis et cibus simplex tum
ruris alumni læto animo epulas celebrabant.

In eadem satira, quo loco poeta notum illud *γνῶθι σεαυτόν* commendat, a. v. 27 sic scriptum est:

E coelo descendit γνῶθι σεαυτόν
Figendum et memori tractandum pectore, sive
Conjugium quæras vel sacri in parte senatus
Esse velis (nec enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se traducebat Ulixes
Ancipitem), seu tu magno discrimine causam
Protegere affectas; te consule, dic tibi, quis sis,
Orator vehemens, an Curtius et Matho buccæ.

Sic Heinrichius locum edit, qui Rupertium accusans et enarrationem Heineckii, qui verba *nec enim loricam Ancipitem* absurdissimum glossema vocat, refellens aliter atque edidit et versus distinxit locum enarrat. Adjectivum, quod est *Ancipitem*, quod maior codicum pars ad substantivum *loricam* refert, a pronomine *se* divelli posse negat, et Ulixem in lorica maiore ac robustiore Aiaci parata *se ancipitem traduxisse* et se traduxisse (risui exposuisse) et se ancipitem (etwas zweideutig) ostendisse interpretatur. Rupertius in altera editione novam enarrandi viam ingressus est: post *Ulixes* (v. 31) puncto incidit, pro *poscit* (v. 32) *poscat* legendum esse censet et enarrat: »Figendum vel nec enim, neque etiam, loricam et arma Achillis poscat Thersites, homo qualis Thersites fuit, in qua se traducebat Achilles. Ancipitem tu causam seu cum magno discrimine protegere affectas, te consule.« Locutio, quæ est *traducere se*, nullam difficultatem habet, nam quamquam nusquam alibi, quod sciam, occurrit, et apud Juvenalem et apud ceteros huius ætatis scriptores activa verbi forma *traducere aliquem* ludibrio aliquem habere significat cfr. VIII, 17 *Squalentes traducit avos*, et passiva forma *traducor* pro eo, quod est derisui, ludibrio sum, sæpius ponitur cfr. II. 159: *Heu miseri traducimur*, quamobrem Heinrichius *pro se traducere* »risui se exponere« recte substituit, sed

m adjectivum, quod id ipsum, quo risus movetur, , objecto adjunctum invenitur, et quamquam non rim, adjectivum a subjecto more poetarum divulsum ɔjecto junctum esse posse, ita ut verba *Achilles se tem traducebat*, quæ eo modo, quo Heinrichius ea ;, explicari nullo modo possunt, pro *Achilles anceps ducebat* vel *ambiguitatem suam traducebat* dicta ɔssint. primum poeta non ambiguitatem Ulixis neque Achillis maiora quam quæ ad staturam Ulixis apta ed rixam, quam stultam neque tantis ducibus dig- sse ducit, deridet; deinde adjectivum, quod est *anci-* primo versus loco positum ab eodem substantivi ersum claudentis *(causam)* divelli non potest. Quod ticulas *sive-vel* attinet, Juvenalis particula *sive* pro utitur ille quidem, sed non ubi particula *vel* sub- r; disjunctiva autem forma, quæ est *sive quæras is*, quamquam a vulgari loquendi usu abhorret, tamen oetas et huius ætatis auctores invenitur. Orationis ob interjecta verba *Nec enim — Ulixes* mutatur, sub- pronomine *tu* repetitur, conjunctivi secunda persona lem indicativi personam transit, enunciationem de- ɔriorem, quæ sic oritur, apodosis *te consule, dic tibi* r, ita ut hæc verba eadem vice fungantur atque Græca Solonis verba. Oratio ab initio sic instituitur, a apodosis exspectetur: sive quæras vel velis vel , et apodosis ex oratione mutata orta est. Scriben- t:

in qua se traducebat Ulixes —
ncipitem seu tu magno discrimine causam
otegere affectas: te consule, dic tibi, quis sis

mus post *velis* atque *Ulixes* graviore signo incidit, ire verbum traducendi ubique apud Juvenalem de oni contendit.

satira sexta, quo loco puellæ ornatrices do-

minæ sævæ capillos componunt, hi versus leguntur (a. v. 497):

Est in consilio materna admotaque lanis
Emerita quæ cessat acu: sententia prima
Huius erit; post hanc ætate atque arte minores
Censebunt, tamquam famæ discrimen agatur
Aut animæ. Tanta est quærendi cura decoris,
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput.

Vetula præsidet et prima sententiam dicit, post eam minores natu, tamquam famæ aut animæ discrimen agatur, censere dicuntur. Ex vulgata enim versuum distinctione locus ita enarrandus est, ut aut verba, quæ sunt *tamquam famæ dicrimen agatur Aut animæ*, cum *Censebunt* arcte conjungenda sint, et cohærentia hæc sit: »ornatrices tanta gravitate censebunt, tamquam non de coma componenda sermo sit, sed famæ aut animæ discrimen agatur,« quæ enarratio sustentari vix potest; aut poeta de puellarum ornatricum fama atque animis in discrimen vocatis dixerit; de earum vero fama poeta certe non cogitavit sed de eius fama atque anima, quæ subjectum est sequentis verbi *premit*, quod subjectum non ornatricem sed dominam esse, sequentia verba *Andromachen a fronte videbis, Post minor est, credas aliam* satis declarant. Voces *tamquam* et *tanta*, quæ eam ob rem ex Juvenalis usu eadem versus sede et eodem pondere metrico designantur, se excipiunt, et a posteriore apodosis incipit, quamobrem scribendum est:

Censebunt. Tamquam famæ discrimen agatur
Aut animæ, tanta est quærendi cura decoris,

Pro *tanta* magna codicum pars *tanti* habet, quæ scriptura ex prava versuum distinctione et forma sententiæ abrupta *inde effecta* orta esse videtur et in editionibus nonnullis

r. In iisdem fere pro *materna* (v. 497) *matrona* ur, quam scripturam Rupertius quoque habet: »quæ lanis admota est, postquam emerita acu cessavit,« erba *matrona admotaque lanis* duarum feminarum emorationem continent, verba autem *materna admo- lanis* unius, et adjectivorum genus femininum in atira pro substantivo poni, multi huius disputationis atis demonstrabunt. Tota enim satira in feminarum perstringendis versatur, et ubi adjectivum positum est, ibique substantivum, quod est *femina*, auditur.

n satira quinta, ubi poeta, quomodo Virro pauperem em, quem ad coenam vocavit, omni modo derideat et at, nobis exponit, a v. 37 hæc scripta sunt:

Ipse capaces
liadum crustas et inæquales beryllo
ro tenet phialas: tibi non committitur aurum,
l, si quando datur, custos affixus ibidem,
i numeret gemmas, ungves observet acutos.

iam Jahnius locum edit, quamquam scriptura, quæ *eryllos*, et optimorum codicum et codicis Pithoeani itate defenditur. Codex enim Pithoeanus *et inæ- s beryllos Virro tenet phiala* habet, multi, inter omnes Haunienses, *et inæquales beryllos Virro tenet as*. Scriptura *beryllos*, si poeta *beryllo* scripsit, quum ntivum, quod est *phialas*, eodem casu quo præcedens ivum (*inæquales*) sequatur, ita ut nemo non voces ales *phialas* conjunxerit, minus verisimiliter ex *be-* orta est, quam, quia tres accusativi (*crustas*, *beryllos*, *as*) difficilem verborum juncturam atque difficiliorem xplicationem efficiunt, alter in *beryllo* mutatus et is *inæquales phialas* adjunctus est. Enarratio ntrii, quæ verba *Heliadum crustas* et *inæquales be-* *Virro tenet phialas* sic explicat: »Virro tenet

phialas, ·Heliadum crustas et inæquales beryllos h. e. ex Heliadum crustis et inæqualibus beryllis effictas,« accipi non potest, nam si poeta sic scripsit, verba modo ita explicari possunt, ut ex forma »ipse capaces Heliadum crustas et inæquales beryllos tenet, Virro tenet phialas« cuius loquendi formæ pro simplici copulativa jungendi forma substitutæ exempla passim occurrunt, eam ortam esse statuamus, quod ob insolentem prioris verbi omissionem vix statui potest. Quærendum est ante omnia, utrum ex poetarum loquendi usu notio adjectivi *inæqualis* phialæ an beryllis accommodatior sit, quam quæstionem Rupertius sic dijudicare·conatus: »phialæ cur inæquales beryllo dicantur, intelligitur forte ex Plin. XXX, 7, 5: Poliuntur berylli figura sexangula, quoniam hebescunt, nisi color surdus repercussu angulorum excitetur. aliter enim politi non habent fulgorem eundem, nisi præstat sententia Grangæi, qui pocula, in quibus inserti berylli inæquali numero vel spatio vel magnitudine, aut aliorum, qui aureos calices insertis lapillis asperos intelligunt,« nihil dijudicat. Apud Horatium, nam apud Juvenalem adjectivum *inæqualis* modo hoc loco invenitur, hoc adjectivum primum de iis ponitur, quæ magnitudine inæquali sunt (sat. I, 6, 68: *Inæquales siccat calices*), deinde de iis, quæ suapte natura instabilia sunt (sat. II, 7, 10: *Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas)*, denique de iis, quæ aliquid inæquale reddunt (Od. II, 9, 3 *Inæquales procellæ;* Epist. 1, 1, 94 *Inæqualis·tonsor).* Phialæ inæquales sunt igitur ex eius loquendi usu phialæ inæquali mensura: inæquales berylli, si cum phialæ notione junguntur, berylli, qui phialam inæqualem reddunt, quæ notio huic loco aptissima est, et notionem effectus ad rem efficientem ita transferri, ut adjectivum, quod effectum indicet, substantivo efficienti adjungatur, apud Juvenalem, ut apud ceteros poetas, frequens est. Scriptura codicis Pithoeani, quæ pro *phialas* substi*tuit phiala.* quamquam verba, quæ sunt inæquales beryllos,

jungit, et ablativus defendi potest, duriorem tamen uram exhibet neque cohærentiæ sermonis satisfacit. t tertia lectio, quam tres celeberrimi Juvenalis edi- amplectuntur: *inæquales beryllo Virro tenet phialas*, erba facile enarrantur, sed vera scriptura in codicibus lubio inest, qui *inæquales beryllos* habent, quam- ı, si ullo modo fieri potest, ea tenenda est. Quum s optimi in his vocibus consentiant, alii autem *phialas* hiala habeant, in hac voce mendum latere puto, que substantivum, quod est *aurum* (*tibi non com- ur aurum*), pro poculo aureo sine ullo additamento m a Juvenalis loquendi usu alienum sit, quia poeta djectivum, quo substantivi materiam significantis notio s definitur (VI, 588 *Longum aurum*=longus torques s; X, 27 *Latum aurum*=latum poculum aureum), enetivum rei, quæ ex materia effecta est, tali sub- vo adjungere solet, eum sic scripsisse puto:

Ipse capaces
liadum crustas et inæquales beryllos
rro tenet; phialæ tibi non committitur aurum,

ivum, qui ad substantivum versum claudens pertinet, Juvenalem in cæsura frequenter poni, jam demonstravi- et eum ob præcedentia verba *Virro tenet* in accusati- mutatum esse, verisimile videtur.

Jnum locum subjungam. In satira sexta, ubi poeta libidinosam describens parum honestas res parum tis verbis commemorat, quem locum, quia vexatissimus t oratio multis modis distribuitur, quamquam quomodo ıe enarretur, dubium me esse fateor, non præteribo, 190 hi versus scripti sunt:

ncumbunt Græce. Dones tamen ista puellis.
me etiam, quam sextus et octogesimus annus
ılsat, adhuc Græce? Non est hic sermo pudicus

In vetula. Quoties lascivum intervenit illud
Ζωὴ καὶ ψυχή? Modo sub lodice relictis
Uteris in turba. Quod enim non excitet ingven
Vox blanda et nequam? Digitos habet; ut tamen omnes
Subsidant pinnæ, dicas hæc mollius Hæmo
Quamquam et Carpaphoro, facies tua computat annos.

Sic Rupertius et Heinrichius locum edunt; Jahnius et Hermannus post ψυχή commate incidunt, alii alio modo versus distingvunt, quas distinctiones, quum nihil ad difficultates loci tollendas neque explicandas conferant, afferre longum est. Verbis *modo sub lodice relictis Uteris in turba* enarratis omnia se expedient. Rupertius veteres interpretes, imprimis Britannicum, sequens ea sic enarrat: »modo sub lodice relictis h. e. verbis, quibus paullo ante sub lodice, in lecto, usa es, uteris in turba, coetu hominum, palam.« Num tale quidquam dici potuisse credidit: anum verba sub lodice relinquere et tamen paullo post verbis, quæ in lecto mire reliquerit, in turba hominum uti? Hæc enarratio adeo omni sensu destituta est, ut eam a recentioribus accipi jure miremur. Heinrichius audaci gladio nodum concidit: miseram sententiam a monacho quodam et supra: *non est hic sermo pudicus In vetula* et hoc loco: *modo sub lodice relictis Uteris in turba* insertam esse dicit, pro *quoties toties*, pro *intervenit interseris* ex conjectura substituit et sic legendum esse censet:

Concumbunt Græce. Dones tamen ista puellis.
Tune etiam, quam sextus et octogesimus annus
Pulsat, adhuc toties lascivum interseris illud
Ζωὴ καὶ ψυχή?

Nimis violens est hoc remedium. Miseræ sententiæ a m[illegible]
nachis insertæ inveniuntur illæ quidem interdum, ubi, opino [illegible]
in tales inciderunt, sed hoc loco non solum versuum quatuc[illegible]
tantæ partes, quæ conjunctæ duos versus implent, quæqu[illegible]

calliditate variis duorum versuum locis ita intersertæ ut ne vestigium quidem interpolatoris remaneret, e judicantur, sed hoc judicium duas conjecturas in ponit et omnium codicum auctoritatem evertit. Verba, sunt *modo sub lodice relictis Uteris in turba*, quod us intellexit, a præcedentibus divelli non possunt, nam m *Uteris* de concubitu positum esse, quæ significatio 'erbo crebro subjicitur, voces, quæ sequuntur, satis de-;rant, et Græca verba *Ζωὴ καὶ ψυχή*, quæ nobili Corinthi æ Laidi attribuuntur, in concubitu adhibebantur. Si m interrogationis post Græca verba ponitur, poeta æ eorum dicendorum occasionem dari negat, sed huic ıtioni verba, quæ sequuntur, repugnant. Inter-endum igitur est: *Quoties lascivum intervenit illud καὶ ψυχή, modo sub lodice relictis sqq.* et Juvenalis rioribus verbis, qua occasione Græca verba intervenerint, ıit. In verbis vero enarrandis summa difficultas inest, einrichius voces *uteris relictis* cum vocibus *uteris in ı* non convenire, verbaque *sub lodice uteris in turba tis* non intelligi posse, recte admonuisse videtur, quam-n hoc ei concedamus, ita tamen, ut ad eius opinio-verba ea de caussa tanquam spuria ejicienda esse, um accedamus. Hoc enim satis apparet, non *verba ta*, quod Rupertius et recentiores volunt, sed *homines tos* intelligendos esse, sed anum aliquo in turba usam poeta vix dixit, et qui sunt homines *sub lodice in ı relicti?* Neque hæc verba exitum habent. Una ım loci enarrandi via restare videtur, quam, quia ar-entis satis idoneis eam firmare nequeo, aliorum judicio ciam potius quam defendam. Voces *in turba*, quæ entiam perturbent, cum subsequentibus non cum supe-bus jungenda esse credo et scribendum:

Quoties lascivum intervenit illud
Ζωὴ καὶ ψυχή, modo sub lodice relictis
Uteris. In turba quod enim non excitet ingven

Participium, quod est *relictis*, nudum positum esse nequit et cum præcedentibus vocibus *sub lodice* quum ob verborum positum tum ob metri rationem arcte cohæret, quamobrem non *sub lodice uteris relictis* sed *uteris sub lodice relictis* enarrandum est. Si distinctio, quam proposuimus, vera est, voces *in turba* superiora verba *sub lodice relictis* ita definiunt, ut hæc certum hominum genus a turba vel notione turbæ non diversum significent. *Lodix* est supellex lectorum vel opertorium, quo non scorta sola, quod ex hoc loco, credo, concluditur, sed pauperes utebantur, quodque divitum stragulis contrarium ponitur. Modo uno gradu a tegete mendicorum (cfr. sat. V. v. 8 *Nusquam pons et tegetis pars Dimidia brevior* sc. vacat) atque scortorum (si Juvenali credimus, in satiræ enim sextæ v. 117 teges scortorum Palatino cubili opponitur) distabat, et, ne a poeta abeamus, in satiræ nonæ v. 140 Nævolus mendicitatem metuens senectutem a *tegete* atque baculo tutam optat, ut in satiræ septimæ v. 66 poeta opes Horatii atque Virgilii cum rhetoris Romani paupertate comparans eum, qui de *lodice* paranda attonitus sit, versus ingeniosos facere posse negat. Juvenalem locutionibus ex quotidiano sermone sumptis sæpius utitur[1]), et hoc loco eum talem locutionem, quæ de hominibus infimis ferretur

---

[1]) Sic ut pauca exempla afferam: *facere*, *facere nihil*, *plura*, *graviora* (=delinquere); *quid hiscere*, *foris poni*, *ponere ad aliquem*, *velle ab ilibus*, *a clunibus* sml. Huc fortasse etiam illa orationis brevitas trahi debet, quod nonnullis verbis activis, imprimis verbis donandi, mittendi, habendi, talis notio subjicitur, ut objectum rei desiderari possit: XIV, 235 *Stultum, qui donet amico*, XIV, 207 *Unde habeas, quærit nemo, sed oportet habere*. In sat. sextæ v. 487: *Nam si constituit solitoque decentius optat ornari* verbum constituendi nudum eadem significatione ponitur atque hoc loco: *Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ* (III, 12), quo dativus verbo additur (priores *constituere* cum aliquo fere dicunt).

odice relictum esse=ad inopiam redactum esse, et ıalibet lingva locutiones eandem sententiam eisdem erbis exprimentes erui possunt) adhibuisse crediderim. si statui potest, omnia recta erunt: poeta anum libi- ım, ut libidini satisfiat, ad homines ex turba confu- m describit, et hoc dicit: quoties illa scortorum verba *καὶ ψυχή* intervenerunt, scorti partes agis et infimis iibus uteris.

De ellipsi.

Juvenalis ellipsi verbi subst. multo largius quam priores poetæ utitur, et imprimis indicativi tertia præsentis temporis persona (prima in sat. II v. 22 *Quo deterior te?* omissa invenitur) tam frequenter apud eum omittitur, ut hæc ellipsis singulari colore opus eius distingvere jure dicatur. Præteritum verbi tempus, quod in sententiis primariis atque secundariis crebro omittitur (VII, 200, XIII, 49—51; 41—43; XII, 62—63), in sententia relativa semel omissum invenitur: VI, 557 *Præcipuus tamen est horum, qui sæpius exul;* futurum autem tempus nusquam omittitur, et in versu, qui in satira sexta legitur (210): *Igitur longe minus utilis illi Uxor, quisquis erit bonus optandusque maritus*, verbum aut e sententia relativa ad primariam revocandum est, quod quamquam rarius fit, tamen in prosa oratione invenitur, aut, quod malim, *est* audiendum. Juvenalis enim in tali sententiarum junctura præsenti sententiæ primariæ tempori futurum sententiæ secundariæ subjungit. Ubi infinitivus passivi participio præteriti temporis vel gerundivo addi debebat, etiam in accusativo cum infinitivo passim omittitur, quæ ellipsis ad sententias quoque extenditur, qualis est: *Quum dicis juveni stultum, qui donet amico* (XIV, 253). Conjunctivi præsentis temporis ellipsis in interrogatione pendenti (Juvenalis autem in tali sententia indicativum non ponit) sæpius invenitur: III, 51 *Quæ nunc divitibus gens acceptissima nostris, Et quos præcipue*

m, properabo fateri crf. XIV, 237, VII, 141, XIII,
sed præteritum tempus raro omittitur: XIV, 312
t Alexander, quanto felicior hic, qui nil cuperet,
usquam verbum subst. post conjunctiones, quæ sunt
ıe, omissum invenitur[1]). In satiræ sextæ v. 638:
utinam vani conjunctivi prima persona insolenter
ä est.

Simili licentia Juvenalis etiam alia verba, ubi ea notio,
desideratur, facile definitur, vel omittit vel ita ponit,
t in sententia primaria vel secundaria posita in simili
ıtia audiantur, aut ea, quæ apta est verbi forma, e
ıtia primaria ad secundariam vel, quod rarius est, e se-
ria ad primariam arcessenda sit. Pauca exempla
ısse satis erit: VII, 30 *Didicit jam dives avarus*
ım admirari, tantum laudare disertos, Ut pueri
nis avem (scil. admirantur et laudant); VII, 81 *Balnea*
ntis et pluris porticus, in qua Gestetur dominus,
es pluit. Anne serenum Exspectet spargatque
jumenta recenti? Hic potius, ubi e præcedenti verbo
ur verbum arcessendum est; X, 256 *Hæc eadem*
s, ubi *queritur* e (v. 251) *queratur* eliciendum est;
ira XV, quo loco poeta pugnam inter Ombos et Ten-
commissam describens a. v. 64 hos versus scripsit:

xa inclinatis per humum quæsita lacertis
cipiunt torquere, domestica seditione
la, nec hunc lapidem, quales et Turnus et Aiax,
l quo Tydides percussit pondere coxam
neæ, sed quem valeant emittere dextræ.

ces, quæ sunt: *quales* (cfr. V, 147 *Boletus domino,*
uales Claudius edit) *et Turnus et Aiax*, verbum

---

ers. III, 51 *Neu quis callidior buxum torquere flagello*, Hor. Sat.
3, 33 *At est bonus, ut melior vir non alius quisquam.*

quod desideratur, e sententia primaria: *nec hunc lapidem* arcessendum est, et ad hanc quoque sententiam apta verbi forma aut ex præcedenti verbo *torquere* aut, quod malim, ex infinitivo sequenti *emittere* revocanda est. Et hoc loco et fere ubique, ubi aut aliqua verbi subst. forma omissa est, aut verbum ex alia sententia, sive primaria sive secundaria, repetendum est, verbum, quod desideratur, facile auditur, sed exstat locus valde vexatus, qui huc fortasse trahi debeat. In satira enim decima, ubi poeta pericula, quæ juveni pulchro ac formoso Romæ subeunda erant, describit, hi versus a. v. 311 leguntur:

Fiet adulter
Publicus et poenas metuet, quascunque mariti
Exigere irati, nec erit felicior astro
Martis, ut in laqueos nunquam incidat. Exigit autem
Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori
Concessit.

Sic Rupertius et Weber locum edunt; Heinrichius, quem Jahnius et Hermannus sequuntur, pro verbis, quæ sunt *mariti Exigere irati* scribit: *maritis Iratis debet.* Codices dissentiunt; codex Pithoeanus: *mariti Irati debet* habet, alii: *mariti Irati debent*, alii septem versus pedes efficientes: *mariti Exigere irati debent*, alii *mariti Exigere ira potest*, unus *mariti Irati faciunt.* Heinrichius igitur conjecturam in textu posuit, neque quidquam attulit, cur lectionem mutaverit, quod eo magis mirandum est, quia codice in summa dissensione in vocibus *mariti irati* consentit (*ira potest* modo in codicibus nonnullis interpolatis atq recentioribus legitur). Scriptura præstantissimi codic *quascunque mariti Irati debet*, in qua satis caussæ ine cur librarii in explicatione eius hærentes eam emenda conati sint, explicari illa quidem potest, neque intellig cur Jahnius, quum aliis locis scripturas huius codicis mul *deteriores in* textu posuerit, eam prava conjectura corrige

rit, sed duriorem loquendi formam exhibet, quam quæ
Iuvenalem usquam exstet: *poenas metuet, quascunque*
i Irati debet sc. metuere, et vox, quæ est *quascunque*,
implex pronomen relativum ponendum erat, offendit.
ariti genetivo casu certe posita est, et more Juve-
substantivum *(poenas)* in cæsura ponitur, genetivus
a claudit, quamobrem aliquid certe in verbis inest,
scripturam ex judicio profectam esse prodat. In scrip-
quæ est *quascunque mariti Irati debent* sc. exigere,
a, quod est *debent*, quia nihil caussæ est, cur poeta
s officii poenæ sumendæ tamquam moneat, male di-
neque Heinrichii conjectura *quascunque maritis*
debent felicior est; juvenis enim in adulterio depre-
marito poenas debet ille quidem sed non quas-
poenas, quumque poeta verba addat: *Exigit autem*
um ille dolor plus, quam lex concessit, juvenis
lege non concessas maritis debere dicitur. Restat
ra, quam Rupertius amplexus est: *quascunque ma-*
xigere irati, in qua, ut in scriptura codicis Pithoe-
atis gravis caussa inerat, cur librarii in infinitivo
es locum emendare conarentur. In scriptura vero,
in textu posuit, defendenda Rupertius infelix est, hoc
licit: »mariti exigere irati h. e. exigunt vel exigere
t aut solent, nisi potius leg.: quascunque mariti
ira h. e. sæpe exegerunt vel *ἀορίστως* exigere solent.
h. l. est varietas lectionis, quæ librariorum stupori
r.« Infinitivum pro imperfecto poeta ne in sententia
ia quidem usquam posuit, quamobrem, si eius loquendi
enemus, et verba *quascunque mariti Exigere irati* rela-
ntentiæ vice funguntur, modo una loci explicandi ratio
Quoties enim apud Juvenalem verbum sententiæ rela-
omissum est, ut ea notio, quæ desideretur, neque ex
erbis neque ex cohærentia sermonis facile et mani-
luceat, aut forma aliqua verbi subst. omissa est, aut
e *apta est, verbi* notio ex verbo sententiæ primariæ

arcessenda est. Tertium non relinquitur. Hoc igitur loco aut *est* (erit) aut *metuunt* (metuent) audiendum est. Forma autem prior, quamquam verborum structura sic effecta crebro occurrit (cfr. II, 104 *Summi ducis est occidere Galbam*), audiri non debet, nam sic quoque poeta maritos quodammodo monet, ne adulterium impune esse patiantur, et verba: *Exigit autem Interdum ille dolor plus sqq.* langvent, neque caussa, cur addantur, satis apparet. Juvenalis enim, qui a tali verborum forma, qualis est *Exigit autem*, uberiorem rei alicuius vel vocis explicationem incipere solet, his vocibus sententiam, quam tractamus (imprimis *poenas quascunque*), aperte certius definit, quumque poena, quæ adulteris deprehensis proposita erat (etiam exempla summi et lege vetiti cruciatus edebantur), tam gravis esset, ut ad eos ab adulterio deterrendos satis apta fuisse existimanda sit, caussa desideratur, cur poeta maritos graviorem poenam, quam lex concesserit, interdum exigere addiderit. Si ex primariæ sententiæ verbo verbum audimus, poeta hoc dicit: »poenas metuet non solum eas, quas lex concessit, sed eas quoque, quas maritus iratus exigere metuat vel cum metu exigat, scit enim dolorem mariti graviorem poenam, quam lex concesserit, interdum exigere,« quæ loci sententia aptissima est, sed vocabulum, quod est *quascunque*, huic quoque enarrationi obstat, quamobrem pæne adducor ut credam, verba *quascunque mariti Exigere irati* non sententiæ relativæ vice fungi et construenda esse: *et poenas mariti irati quascunque exigere metuet*, ita ut auctor scripturæ voces *poenas exigere* eodem modo dici velit, quo poetæ comici *ærumnam exigere* dicant. Conjecturæ ope locus certe sanandus est, quumque, si ad verba attendimus, voces, quæ sunt *et metuet poenas quascunque mariti*, si poeta nihil addidisset, optimam sententiam præbituræ fuissent, conjectura sic elicienda est, ut vox *quascunque* pro *qualescunque* dicatur, et *mariti* genetivo casu ponatur. Nihil affirmare ausim; hoc tamen adjungam, s

ıra codicis Pithoeani *mariti Irati debet* teneatur et *ati* legatur *Ira sibi*, vel, si Rupertii lectionem amnur et pro *Exigere irati* simili modo *Exigit ira sibi* ıs, sententiæ satisfieri.

erbum crebro non repetendum neque forma mutata dum est sed ex sola orationis cohærentia definienquod ellipsis genus, quamquam in brevibus a ceteris s sententiis aut talibus locis, ut quæ apta sit verbi facile definiatur, plerumque invenitur, tamen ita inı adhibetur, ut notio, quæ desideretur, difficilius etur. Imprimis poeta adverbio vel pronomine poı oratione alicuius verbum dicendi omittit (XV, 24 *liquis merito nondum ebrius;* II, 65 *Quid enim Laronia?* XIII, 180 *Nempe hoc indocti*, neque ius verbum loquendi his locis mente concipitur: *Omne theatrum de Rutilo*, XIV, 240 *Si Græcia* XIII, 91 *Atque ita secum*), et adverbio fontem vel ɔm indicante posito verbum fere semper omittitur: 173 *Inde fere scelerum causæ;* IX, 8 *Unde retot rugæ* c. I, 168, 144, III, 236. Verbum deinde . adverbio posito omittitur: II, 15 *Verius ergo Et ingenue Peribomius*, cui ellipsi ea proxime adpotest, quod voce pretium indicante posita verba ı et vendendi audiuntur, vel verba *est constat* omit-: III, 165 *Magno hospitium miserabile*, VIII, 258 s *enim Decii, quam quæ servantur ab illis*, VII, *alnea sexcentis et pluris porticus*, quibus exemplis ira quarta ille locus addi potest, ubi poeta Crispini am commemorans hos versus scripsit (a v. 22):

Multa videmus,
Quæ miser et frugi non fecit Apicius. Hoc tu
Succinctus patria quondam, Crispine, papyro?
Hoc pretium squamæ! Potuit fortasse minoris
Piscator quam piscis emi.

Sic Heinrichius ex prægressæ sententiæ verbo *fecit* ad *hoc tu* eliciens *facis* versus distinxit. Jahnius, quem Hermannus sequitur, pro *hoc pretium squamæ* ex codicibus nonnullis *hoc pretio squamam* substituit, et post *papyro* commate incidens ex sequentis sententiæ verbo (emi) *emis* sine dubio supplet, sed sententia, quæ est *Hoc tu Succinctus sqq.* ea forma effertur, ut, quum verbum *fecit* præcedat, ex hoc verbo *facis* audiendum esse Heinrichio concedendum sit, quo accedit, quod verbum ex sequenti sententia, quæ novi aliquid promit, durius mutata forma revocatur. Codices aut *hoc pretium squamæ* aut *hoc pretio squamam* aut *hoc pretio squamæ* habent, quæ scriptura, quam codex Pithoeanus quoque habet, (etiam hoc loco Jahnius bonam codicis sui scripturam repudiavit) cum poetæ loquendi usu optime congruit, et ea restituta verbum eodem modo atque in exemplis supra positis omissum est. Rupertius, qui sic edidit, et explicavit: »sc. emuntur h. e. tanto pretio piscis scil. a te emitur vel emtus est, quod verbum mox sequitur omittiturque in affectu«, verbum ex sequenti sententia arcessit et hac enarratione non contentus *hoc pretio squamas* legendum esse censet.

Ex ipsa sententia imprimis ex objecto vel præpositio cum casu subjecto adjuncta verbum sæpe definiendum es XIV, 89 *Hæc illi veteres præcepta minoribus;* III, 2 *Protinus ad censum, de moribus ultima fiet Menti* V, 56 *Flos Asiæ ante ipsum;* VII, 207—8 *Di maioru umbris tenuem et sine pondere terram Spirantesq crocos et in urna perpetuum ver;* IX, 16 *Quid mac ægri veteris?*, rarius ex sola rei prægressæ commemo tione definitur. In satira sexta, ubi impia matrum scel commemorantur, hi versus leguntur (a v. 638):

Sed clamat Pontia, feci,
puerisque meis aconita paravi,

æ deprensa patent. Facinus tamen ipsa peregi.
ne duos una, sævissima vipera, coena?
ne duos? Septem, si septem forte fuissent.

)co ex præcedentibus vocibus *aconita paravi* ad *Tune* et ad *Septem* indicativi perfectum atque conjunctivi ıamperfectum verbi necandi tempus eruendum esse

In satira autem prima, ubi poeta materiem satira-)b vitia seculi sibi nunquam defuturam esse dicens 37 hos versus scripsit:

quando uberior vitiorum copia? Quando
ior avaritiæ patuit sinus? Alea quando
s animos? Neque enim loculis comitantibus itur
casum tabulæ, posita sed luditur arca.

notio, quæ desideratur, obscurata est. In verbis, quæ *Aleo quando Hos animos?* enarrandis valde dissen-

Codices summa constantia scripturam defendunt; ichius, quia pronomen *hos* ex supervacuo additum sit, ıstantivum, quod est *alea*, certius definiri debeat, turam Heineckii, qui pro *hos* substituit *hæc* (»alea . e. talis, ut nunc est, talis aleæ cupiditas animos, es sc. cepit«) laudans, *cepit* vel *occupat* audiendum, et ium *magis* ex præcedentibus comparativis (*uberior*,) eruendum esse censet. Rupertius scripturam co-defendit, et eadem verba supplet: »alea hos, tot ani-c. cepit, occupavit.« Poeta certe *Hos* scripsit, nam ? scripsisset, quæ scriptura multo facilius explicetur, codices a vera scriptura aberraturos fuisse, statui)test, sed verba, ut enarrantur: »quando alea animos ım ita cepit, ut hos i. e. horum hominum animos nullo modo enarrari possunt, neque, quod Rupertius *hos animos* idem atque *tot vel horum hominum* s valere potest, nam pronomen ob positum, qui ei *ırem vim addit*, notionem gradus magis quam numeri

continens in adjectivi, quod est *talis*, significationem transiit, et ex satira sexta locus afferri potest, quo idem pronomen versum incipiens eadem significatione positum est: *Quæ ludia sumserit unquam Hos habitus* (v. 266) cfr. X, 187 *Has poenas*, XV, 65 *Hunc lapidem, qualis*, V, 173 *His epulis et tali dignus amico.* Verba *alea quando Hos animos*, si *hos* est horum hominum, exitum non habent, et si cum Rupertio, Heinrichio, multis adverbium *magis* ex comparativis præcedentibus eruimus, hoc adverbium cum pronomine *hos* in gratiam redigi non potest. Si nominativus præterea *hœc* pro *hos* substituitur, *alea hœc* est aut huius temporis alea aut tam perdita alea, neque intelligo, cur *magis* arcessendum sit, quæ vox sententiam loci perturbet. Ipsum verborum positum atque rationem versus, pronomen *hos* singulari vi efferri et eandem gradus notionem atque prægressos comparativos continere, docere diximus, neque dubium est, quin verbum ex præcedenti sententiæ verbo vel ex ipsa sententia eruendum sit. Utraque via idem verbum elicitur. Quemadmodum enim non idem verbum sed eandem notionem primariam interdum audiendam esse ostendimus, passiva, ut ita dicam, sententiæ forma *quando maior avaritiæ patuit sinus* in activam transformata: *quando avaritia sinum maiorem habuit (patefecit)*, verbum *habuit* ad sententiam *alea quando Hos animos* audiri potest, quumque pronomen *hos* gradus notionem contineat, substantivum, quod est *animos*, non animos hominum neque homines significat, sed audaciæ, impudentiæ notio ei subjecta est. Sic etiam in satira sexta poeta, postquam impudentiam matronæ in adulterio a marito deprehensæ descripsit, hæc addit (v. 285): *Nihil est audacius illis Deprensis: iram atque animos a crimine sumunt.* Si vocibus, quæ sunt *hos animos*, hanc significationem subjicimus, idem verbum *habuit* ex ipsis quoque verbis *alea quando hos animos* definiri potest, et ut poeta hoc loco *animos habere* tribuimus, sic in satiræ alterius v.

? *pudorem* dictum invenitur. · Sententia igitur ver- hæc est: quando alea. talem impudentiam habuit, n nunc habet?« et eam lege neglecta omnes fines am esse, versus sequentes satis docent.

'erbum deinde, quod est *inquit* [1]), partim ubi oratio-

) verbo *inquam* (quod orationi directæ, subjecto non ad- o, nusquam a Iuvenale postponitur, cfr. Ovid. Met. VIII, l) apud Juvenalem, ut apud priores (Horatio excepto), rbum dicendi non solum poni sed orationi alterius aut um aut subjecto addito interponi quoque, frequentis- ium est: IV, 65 *Accipe, dixit, privatis maiora focis*; VI, 145 *llige sarcinulas, dicet libertus, et exi*, XII, 37 *Fundite quæ mea t, dicebat, cuncta, Catullus*, sed minus vulgaris est ille huius ·bi usus, quod, ubi is, qui loquitur, adversarium fingens, æ ab adversario contraria dici posse putat, ipse profert, .e certo subjecto impersonaliter ponitur. Apud Iuvenalem atuor locis hæc loquendi forma occurrit (cfr. Hor. Sat. I, 126, 4, 79; II, 2, 99), sed si rem accuratius tractaveri- .s, hæc exempla non unius generis esse videbimus. In ira decima, ubi poeta pericula pulchritudinis commemo- urus a. v. 289 hæc dicit:

Formam optat modico pueris maiore puellis
Murmure, quum Veneris fanum videt anxia mater,
Usque ad delicias votorum. Cur tamen, inquit,
Corripias? Pulchra gaudet Latona Diana.

·bum, quod est *inquit*, fictum adversarium (non matrem) inducit, ut non de certa persona sed de communi homi- n opinione cogitetur, et eadem est alterius loci ratio V, 151), verum in tertia satira, quo loco poeta homines mæ censu, non virtute neque meritis, æstimari docens a 152 hos versus scripsit:

Nil habet infelix paupertas durius in se
Quam quod ridiculos homines facit. Exeat, inquit,
Si pudor est, et de pulvino surgat equestri,
Cuius res legi non sufficit, et sedeant hic
Lenonum pueri quocumque in fornice nati.
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos juvenes juvenesque lanistæ:
Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.

nem alterius sequi non dubie indicatur: XIV, 191 *Juvenem pater excitat* (e somno), *accipe ceras*, partim ubi ex cohærentia orationis alterum loqui intelligi potest, non raro omittitur, quæ omissio talibus quoque locis interdum occurrit, ubi, utrum ipse poeta an alius loquatur, dubium esse possit. Ab his locis duo, quibus poeta tacitas hominis cogitationes exponit, segregandi sunt; quamquam enim de enarratione eorum dissentitur, et sunt, qui non tacitas cogitationes sed querelas voce prolatas exponi putent, ex ipsa orationis cohærentia atque ex ipsis verbis querelas tacitas esse, non poetæ sed alius, satis apparet. Alter locus in satira quinta est, ubi, postquam servus pa-

---

hæc verba non, ut vulgo intelligunt, a designatore, qui in ludis spectaculisque locorum curam agens suum cuique locum designabat, dici finguntur, nam nemo designator sic locutus est, sed poeta ipse loquitur, et conviciis, quibus aliquis (qui *nos* distinxit) pauperem, qui se in quatuordecim insinuare ausus sit, forte obruat, salsam divitum infimo loco natorum et propter divitias solas summo honore affectorum irrisionem immiscet. Alia est quarti loci ratio, nam in septima satira, ubi poeta, postquam, quæ parentes a magistro puerorum flagitarent et quam misera mercede eum, quem postulabant, laborem remunerarent, exposuit, hos versus (242—243) subjunxit:

> *Hæc, inquit, cura, sed quum se verterit annus,*
> *Accipe, victori populus quod postulat aurum.*

non de ficto adversario cogitatur, sed verbum, quod est *inquit*, parentes, quos poeta commemoravit, complectitur, ita ut, quamquam eodem modo quo in exemplis prioribus impersonaliter positum est, tamen ad certas personas referatur. Hunc locum ob scripturam minus bonam, quæ est *cura sed*, et sequentia verba, quæ alii parentum, alii poetæ faciunt, mox tractabimus et cum similibus locis conferemus. Quemadmodum sic *inquit* impersonaliter ponitur, verbum, quod est *ait*, in satiræ nonæ v. 63 (*Improbus es, quum poscis, ait*) simili modo positum invenitur, quocum loco locus Horatii, *qui in epistol.* lib. I, ep. XIX v. 43 *Rides, ait, et Jovis auribus ista Servas* legitur, comparari potest.

›auperem clientem, qui ad coenam invitatus panem ›m et domino sepositum capere ausus erat, eum po-›egit, hi versus a v. 76 leguntur:

›icet hoc fuerat, propter quod sæpe relicta
›uge per montem adversum gelidasque cucurri
›uilias, fremeret sæva quum grandine vernus
›piter, et multo stillaret pœnula nimbo.

n satira septima legitur, quo loco post commemora-discipuli, ne rhetori stipendium solvat, recusantis 58 hæc scripta sunt:

Culpa docentis
›icet arguitur, quod læva parte mamillæ
›salit Arcadico juveni, cuius mihi sexta
›que die miserum dirus caput Hannibal implet.

n locum Rupertius, rem dijudicare non ausus, sic enar-verba seu cogitata clientis indignantis et conqueren-pro tot officiis, quæ patrono præstitit, tam indigne i«; Heinrichius tacitam querelam sententia ineptam licens, pro *cucurri*, quam formam omnes codices cepto habent, *cucurrit* legendum esse censet; de loco, quem Rupertius responsum rhetoris continere silet. In utroque loco interpretes in errorem in-videtur usus particulæ *scilicet*, qua particula lis in concedendo vel in perspicuitate rei significanda itur, sed modo ubi salsam rei perversæ atque viti-risionem promens aut hominem vitiosum vel adver-fictum aut vitia sui temporis exagitat cfr. II, 122, 9, 541, 635, XIV, 156. Aptissima est igitur par-his locis, ubi poeta alicuius impudentiam bilem atque deprecationes hominis, qui injuria afficitur, moven-ngit, et in ipsa particulæ significatione caussa inest, hærentia orationis per se perspicua, transitus ad co-*nes alterius* exponendas nullo alio modo definiatur.

Nullum certe dicendi verbum omissum est, et si poeta lectorem, non cogitationes sed verba alicuius proponi, mente concipere voluisset, eum more suo rem certius definiturum fuisse statuendum est.

Transeamus igitur ad aliquot locos, in quibus, quia nulla alterius orationis significatio fit, utrum poeta an alius loquatur, ambigitur, et initium a satiræ tertiæ v. 183—189 faciamus. Poeta, postquam omnia Romæ magno stare commemoravit, hos versus addit:

Omnia Romæ
Cum pretio. Quid das, ut Cossum aliquando salutes?
Ut te respiciat clauso Veiento labello?
Ille metit barbam, crinem hic deponit amati;
Plena domus libis venalibus! Accipe et istud
Fermentum tibi habe: præstare tributa clientes
Cogimur et cultis augere peculia servis.

Sic Heinrichius — pro *venalibus*, quam scripturam in annotationibus commendat, in textu *genialibus* ponens — locum edidit, et verba a *Quid das* (v. 184) ad *Accipe et* (v. 187) Cossi vel Veientonis servo attribuit, qui clientem, ut ad patronum admittatur, petentem nummos poscit, quumque ille recuset, dominum neminem admittere fingit. Cum Rupertio verba, quæ sunt: *Accipe et istud Fermentum tibi habe*, sic interpretatur: *jam audi et hanc iræ caussam tibi habe*, et poetæ ea attribuit. Dellenius servo Cossi vel Veientonis verba: *Plena domus libis venalibus! Accipe et istud Fermentum tibi habe* multo rectius ascribit, sed genetivum *amati* non ad *barbam*, a qua voce ob positum et positus cum metro congruentiam nullo modo divelli potest, referendum esse et novam notionem annectere, demonstrare conans gravius labitur. *Metere barbam* idem non de Cossi juveni amato sed de ipso Cosso eadem significatione atque *tondere barbam* dici vult; licet

llud de prima et ob barbam deo consecratam sollemni
a dicatur, de quotidiana dici vix potest. Versus
186 non a servo sed ab Umbricio dicuntur, nam
quæ sunt *ille metit, hic deponit*, eidem servo at-
non possunt, et quis credat, servum Veientonis de
domini labello ad clientem loqui potuisse. Poeta
servorum verbis salsam irrisionem immiscet; ipsa
verba, non servum loqui, satis docent. In verborum
e et istud Fermentum tibi habe enarratione res ver-
hæc autem verba quo modo enarrantur: *audi et*
iræ caussam tibi habe, enarrari non possunt. Apud
ım homo, ut cibus ob fermentum immixtum fer-
ira tumens »in fermento jacere, esse« dicitur, sed
am hoc substantivum iræ caussam significat, neque
m apud aureæ neque argenteæ ætatis scriptores hac
catione positum invenitur, et apud Persium (I, 24):
didicisse, nisi hoc fermentum et quæ semel intus
a est rupto jecore exierit caprificus de eo ponitur,
ut in cibo fermentum, intus contineri nequit, quam-
ı hoc substantivum rem (materiam), quæ indignatio-
ət alit et promit, non iræ caussam, significare potest.
ativus, qui est *accipe*, et pro *audi* (XIII, 120, VII,
V, 31) dicitur, et est dantis ut in satiræ quartæ v.
ubi piscator Domitiano admirandum illum rhombum
ıs: *Accipe, dixit, privatis maiora focis* (cfr. VII,
165, XIV, 191, Hor. Sat. II, 3, 66); *habe tibi* e quo-
ıo sermone sumptum et recusantis est ut in satira
a, ubi Alledius Africæ frumentum contemnens atque
a poscens hæc dicit: *Tibi habe frumentum O Libye,*
nge boves, dum tubera mittas, et est dantis, quamobrem
e et tibi habe formula in dando usitata fuisse videtur
og behold). Dollenius hanc orationis distributionem
əxus esse videtur: Omnia Romæ cum pretio. Patronum
əsto salutatum venimus. Servus in atrio est. Quid
at Cossum aliquando salutes? Quid das, ut te respi-

ciat clauso Veiento labello? rogat nos intrantes. Nummos promere cunctamur; caussam fingit, cur excludamur — metit barbam, deponit crinem amati —; liba nostra porrigimus: »plena domus libis venalibus. Accipe et istud fermentum (liba) tibi habe«, clamat. Oratio certe apte decurrit, sed *fermentum* de libis dici posse demonstrari nequit, et *liba venalia* sunt liba, quæ veneunt (cfr. VIII, 162 *venali lagena*), non tam multa liba, ut venditio institui possit. Si autem verbis, quæ sunt: *Accipe et istud fermentum tibi habe*, ea significatio subjicitur, quæ iis adfingitur: *audi et hanc iræ caussam tibi habe*, et hæc verba Umbricio, prægressa servo attribuuntur, non solum concinnitas membrorum tollitur — duæ enim sententiæ ubique junguntur, duo exempla ponuntur — sed ordo rerum mire turbatur, nam servorum rapacium descriptio verbis: *præstare tributa sqq.* apte finitur, imperativus, qui est *Accipe*, quamquam lector verba, quæ adjungit, eidem subjecto, quod prægressa verba dixit, non potest non attribuere, novum subjectum malo loco inducit, pronomen denique, quod est *istud*, objecto imperativi adjunctum et ad personam loquentem et ad ea, quæ sequuntur, refertur, quod nullo modo ferri potest. Hoc enim pronomen (ut apud Horatium, Virgilium, Ovidium) modo sic ponitur, ut aut ad secundam personam aut ad id referatur, cuius mentio in præcedentibus facta est, neque usquam ad id refertur, quod is, qui loquitur, dicturus est. Pro *istam* Rupertius (imprudens?) substituit *hanc* (istud fermentum = hanc iræ caussam) et Forcellinus in lex. (v. fermentum) eandem significationem vocabulo subjiciens *illud* fermentum scribit. A Døllenio igitur utraque sententia (*Plena domus sqq.* — *Accipe et sqq.*) eidem personæ recte attribuitur, sed Umbricio non servo attribuenda est, et verba *istud Fermentum* ad præcedentia, imprimis ad *liba venalia*, referenda sunt; servi enim rapaces et clientes nummos possunt *et liba* eorum vendunt: hoc est istud fermentum.

quod et Heinrichius et Hermannus post *habe* posu-
in punctum mutari debet. Poeta igitur omnia dicit,
alius quisquam loquens inducitur, sed oratione im-
sumente is, qui loquitur, ea, quæ ab aliquo se sæpe
et audire solitum esse fingit, huius ipsius verbis
Similem formam locus præbet, quem tractare supra
nus (VII, 242—243):

æc inquit, cura, sed quum se verterit annus,
ccipe, victori populus quod postulat aurum.

quum se sqq. Heinrichius poetæ, Jahnius subjecto
quod est *inquit*, attribuit. Animadvertendum autem
)do unum codicem *cura sed* habere, reliquos *curas*
as sed, cures et. Si poeta simplicissimam harum
um *cura sed* scripsisset, modo unum codicem veram
ram servaturum fuisse, minus verisimile est, et
Heinrichius ex hac scriptura ceteras ortas esse de-
are conatur, nihil certe agit, nam ceteras (vel
ex ceteris) ob imperativum sequentem in *cura sed*
s esse, verisimilius certe videtur, quam ut con-
us *cures* ex imperativo profectus sit, quo acce-
uod particula adversativa *sed* minus apta est, et,
c editur, imperativus *accipe* a præcedenti impera-
que verbo *inquit* nullo modo divelli potest. Is de-
qui mercedem solvere debet, hanc, quæ ei ægre ex-
i solere in præcedentibus versibus dicitur, parvam
ion æstimat, sed eam opinionem eius esse, qui verba
populus quod postulat aurum dicit, ex ipsis
satis apparet, quæ magistrum pro totius anni labore
aiorem summam accipere solere dicunt, quam quæ
o uni victori dabatur. Veram scripturam in iis co-
servatam esse crediderim, qui *cures et* habent (et
os est codex optimus Hauniensis [1]). Juvenalis enim,

---

richius, ubi codices Haunienses commemorat, ab eorum

non solum ubi imperativus poni solet, conjunctivi secundam præsentis temporis personam sæpe substituit: II, 70 *Sed Julius ardet, æstuo. Nudus agas, minus est insania turpis;* IX, 114 *Illos ergo roges, quidquid paullo ante petebas A nobis, taceant illi* (quo loco Hermannus quoque *nobis;* posuit, sed post *nobis* commate interpungendum est, nam, ut sæpius apud Juvenalem, post rogandi verbum *ut* omissum est), sed ubi duo imperativi copulative jungi solent, pro altero eandem conjunctivi personam crebro ponit: XIV, 200 *Dirue aut pares*, XII, 131 *Ponas et . . . sumito.* Scriptura *cures et* restituta, omnia recta erunt; poeta ipse loquitur: »talia a te postulant et anno finito aurum tuum, tantum, quantum populus in circo uni victori interdum postulat, tibi datur,« sed in vehementi atque accelerata oratione imperativo *accipe* qui dantis est, pro simpliciore forma utitur. Rupertius *cures et* in textu posuit, sed scripturam, quam amplexus est, more suo pravam judicans verbum *inquit* spurium esse putat. Hermannus *cura sed* scribit.

In satira sexta, ubi poeta Postumum a nuptiis deterrere conatur, a v. 53 hi versus leguntur:

> »*Unus Hiberinæ vir sufficit.*« *Ocius illud*
> *Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.*
> »*Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno*
> *Viventis.* »*Vivat Gabiis, ut vixit in agro,*
> *Vivat Fidenis. Et agello, cedo, paterno:*
> *Quis tamen affirmat, nil actum in montibus aut in*
> *Speluncis? Adeo senuerunt Juppiter et Mars?*

Sic Heinrichius dialogum inducens versus distinxit. Idem Rupertium secutus post *Fidenis* puncto, non, ut ante ede-

---

scriptura sæpius aberrat, et collatio Crameri, quam filius *patri dono* datam esse scribit, minus accurata esse videtur. *Sic optimi* codicis scripturæ fere non commemorantur.

commate incidit, quam distinctionem commendans
illam Weberi enarrationem, quæ poetam agello pa-
adversarium provocantem mire fingit, jure repu-
Jahnius et Hermannus, qui omnes versus poetæ
ere videntur, post *sufficit* (v. 53) signum interroga-
ponunt, ceterum distinctionem Heinrichii ita sequun-
t, multos illos locos contemnentes, quibus poeta
loquendi usu novam sententiam puncto a præce-
sejunctam a particula *et* incipiat: *Vivat*, *Fidenis;*
llo cedo paterno. Quis tamen sqq. edant. Vocibus
quæ sunt *agro paterno*, opponuntur *montes* et
cæ, quamobrem ad verba: *Et agello cedo paterno*
(eam sic *vixisse*) ex præcedentibus verbis (*vivat*, *vixit*,
mutata forma vix arcessendum est, sed voces *nil actum*
tentia sequenti revocandæ sunt: *Et agello paterno*
um cedo, *quis tamen affirmat*, *in montibus aut*
uncis nil actum, et post *paterno* non puncto sed
te incidi debet. Versus ipsi nullam difficulta-
bent, nam verba, quæ sunt *Ocius illud extorque-*
t hæc oculo contenta sit uno, ita ut enarrentur:
itatem vi tormentorum ab ea extorquere velles, se
uno oculo quam uno viro contentam fore fateretur«
i non posse, vix est, quod moneam, nam inter ad-
um fictum et poetam res agitur. Cohærentia ser-
perspicua est. Verba enim: *Ocius illud extorque-*
uno, quod ipsa orationis forma satis docet, verbis
Hiberinæ vir sufficit ita opponuntur, ut appareat,
Hiberinæ laudem non minus evidenter quam sequen-
ba *Magna tamen fama est cuiusdam rure pa-*
viventis, quæ verbis præcedentibus opponuntur, ex
dici fingi. Dialogi forma apud Iuvenalem raris-
st, verum crebro poeta, quæ ab aliquo contra dici
suspicatur, ipse eadem forma profert, atque si ad-
us ea dixisset. Quæ quum ita sint, sive Hiberina
fictum (*sponsa* Postumi omnino esse nequit) sive,

quod Heinrichius forma nominis sola commotus affirmat, Hispaniensis mulier est, signum interrogationis post *sufficit* male ponitur, sic enim Hiberina pudicitiæ dubiæ esse dicitur, quod pudicitiæ exemplum positum esse, oratio ipsa indicat. Longas de Hiberina ambages præterire malo quam de re incerta incerta loqui, sed quomodo demonstrat Heinrichius, qui verba *Unus Hiberinæ vir sufficit* Postumo attribuit, primum Ibericas feminas castas fuisse, deinde commemorationis earum Postumo non peregrinarum feminarum sed Romanarum castitatem defendenti in mentem venire potuisse? An Postumum Ibericam mulierem ducturum fingit? Hoc tantum dicit: »crebra in sepulcris laus feminarum est: univira (de viduis igitur cogitat). Hoc loco aliud poeta vult: Hiberinam adulteram non fore«. sed unde hoc affirmare audet? Quod enim addit, Horatii libertinam non uno contentam fuisse, nihil ad Hiberinæ pudicitiam confert, et Ibericam mulierem uno viro contentam fuisse[1]), demonstrandum erat. Poeta igitur hoc quoque loco omnia dicit, neque alius quisquam loquens inducitur, quamobrem dialogus Heinrichii tolli debet.

In satira prima, ubi poeta clientem sportulam uxo-

---

[1]) Ad hunc Valerii Flacci locum attendam: *Cui vadis Hibero, h- mihi vel sævo conjux non una Gelono* (VIII, 233); Asiaticorum igitur Hiberorum feminas uno viro contentas fuisse, poet lepide dixisse potest, et eum in poetarum libris versatum fuisse, multi loci docent. Vestigia imitationis quoque crebr inveniuntur, sic: XI, 82 *Sicci terga suis raro pendentia crate* cfr Ovid. Met. VIII, 649 *Sordida terga suis nigro pendentia tigno* V, 139 *Nullus tibi parvulus aula Luserit Æneas* cfr. Virg. Aen IV, 238 *Si quis mihi parvulus aula Luderet Æneas*; III, 70 Hia tus in vocibus *Samo hic* apud Virgilium in iisdem vocibu invenitur (Aen. 2, 67); verba *Tantum medicamina possunt* (VI. 595 in Metam. libr. VII, v. 116 leguntur sml. — *Hiberina* nome fictum est, et poeta nomina in *ina* exeuntia sæpius pon (sic *Venusina* VI, 167), sed de origine vocis vix quidqua *certi* afferri potest.

ti callide petentem nobis proponit, a v. 123 hæc
a sunt:
c petit absenti nota jam callidus arte,
tendens vacuam et clausam pro conjuge sellam.
alla mea est«, inquit. »Citius dimitte: moraris.«
rofer Galla caput.« »Noli vexare, quiescit.«
ichius locum sic edens dialogum inter dispensatorem
ıi et clientem poetam intulisse putat, quod idem
ntrius, Rupertius, alii opinantur. Jahnius et Her-
ıs signum interrogationis post *moraris* ponunt.
, quæ sunt: *Profer, Galla, caput*, in quibus callidi-
ientis summe apparet, dispensatori male attribuuntur,
ım omnis calliditas — quam poetam depingere velle,
nota jam callidus arte satis declarant — tolletur,
ıuentia verba *noli vexare, quiescit* sagacitate dis-
:oris clienti extorquebuntur. Poeta igitur omnia dicit.
m *moraris*, quod Heinrichius hoc loco actionem signifi-
= detinere, retardare), recte dicit, Jahnius et Herman-
quia caussam contineat, cur cliens verba *Profer*,
, *caput* dicat, interrogative positum esse credunt, sed
ıuam non negaverim, significationem absolutam ad
ıtiam loci aptam videri posse, animadvertendum est,
n intransitiva verbi significatione nusquam usum esse
II, 183, XI, 54, XIV, 250, 267). Ad *dimitte* omnes *nos*
ıdum esse dicunt, quod pronomen non audiendum est.
est res, sed eam non prætermittendam esse putavi.
enim pro conjuge petit, modo de eius sportula agitur, et,
gravius est, poeta imperativo posito non raro prono-
ımittit, quod ad eum, de quo sermo est, referendum
ısquam pronomen, quod ad loquentem pertinet. Ad
e igitur et *moraris*, ut ad *Noli vexare, eam* au-
ım est. Cliens dispensatorem uxorem morari accusans
ddit: dormire videtur, ne eam expergefaciamus (qua
efaciendi significatione verbum vexandi ter positum
tur).

His igitur locis, quos commemoravimus, nullum verbum, quod orationem alterius indicare debebat, omissum est; jam ad eos devenimus, in quibus, nulla alterius orationis significatione facta, ex cohærentia orationis, alterum loquentem induci, apparet. Quia de plerisque consentitur, duos excerpam, in quibus, utrum poeta an duo an tres loquantur, ambigitur. Notum illum de Seiani morte et plebis Romanæ inconstantia locum, qui in satira decima a v. 65 legitur, prius inspiciamus:

Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum
Cretatumque bovem: Seianus ducitur unco
Spectandus! gaudent omnes. Quæ labra? quis illi
Vultus erat? Numquam, si quid mihi credis, amavi
Hunc hominem. Sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus indiciis, quo teste probavit?
Nil horum: verbosa et grandis epistola venit
A Capreis. Bene habet; nil plus interrogo. Sed quid
Turba tremens? Sequitur fortunam ut semper, et odit
Damnatos. Idem populus, si Nurtia Tusco
Favisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum. Iam pridem, ex quo suffragia nulli
Vendimus, effudit curas. Nam qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet atque duas tantum res anxius optat
Panem et Circenses. Perituros audio multos.
Nil dubium: magna est fornacula, pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram.
Quam timeo, victus ne poenas exigat Aiax
Ut male defensus! Curramus præcipites et,
Dum jacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem,
Sed videant servi, ne quis neget et pavidum in j
Cervice adstricta dominum trahat. Hi sermones
Tunc de Seiano, secreta hæc murmura vulgi.

ichius plures homines loquentes inducit, sed quam
ı sibi persuasam· sermonis distributionem proferat,
nde apparet, quod, postquam poetam a *Pone domi*
) ad *Quæ labra* (v. 67) loqui dixit, tertiæ personæ
ad *Nil horum* (v. 71), quartæ hoc responsum attri-
quamobrem Rupertio, qui versus 65—67 vel populo
ıribus ascribit (confusam eiusdem totius sermonis distri-
em me omittere posse arbitror), assensus esse, deinde
tiam mutavisse videtur. A v. 72 *Sed quid Turba*
ıs ad *Panem et Circenses* (v. 81) poetam loqui,
ɜrmones hac parenthesi interruptos ita continuari putat,
ɜr modo verba *Perituros audio multos* (v. 81), alter
ı dicat. Multo simplicius ac verius Jahnius duos
ı versus poetæ attribuit. et reliquos versus dialogi
ita distingvit, ut alter verba a *Quæ labra* (v. 67)
erius responsum *Nil horum* (v. 71) proferat et
ɜo contentus modo verba *Bene habet; nil plus*
ɔgo (v. 72) adjiciat, sed eandem parenthesin inducit,
reliquos versus eodem modo distribuit. Quæ est
illa parenthesis, quæ a verbis: *Sed quid Turba*
ıs? Sequitur fortunam ut semper tali modo
ı capit, ut duæ primæ eius enunciationes eadem
ɜfferantur, qua præcedens interrogatio et responsum?
os versus legens orationem interrogatione et responso
ıari non credat? Quod voces *Nil plus interrogo*
unt, certe non impedit, quominus idem homo *Sed*
urba tremens interroget (ad particulam *sed* atten-
ı est), nam modo se de Seiano nihil amplius inter-
ɪum esse declarat, et turbam hominum ad cadaver
Seiani concurrentem videns hoc visu commotus novam
ɡationem de consilio turbæ festinantis addit. Tam vi-
; oratio poetæ, ut omnia oculis cernere videamur. Poeta
parenthesin inter sermones interseruit, et continuus
mo inter poetam, qui respondentis hominis partes
agit, et hominem de plebe, quem poeta loquentem

facit atque plebis cogitationes crudeli ac subita Seiani morte motas ita adumbrantem fingit, ut plurium personarum partes agat, sed idem atque supra respondet. Neque Heinrichius, quem Iahnius et Hermannus sequuntur, reliquos versus recte distribuit, nam idem, qui *Perituros audio multos* dicit, etiam a *pallidulus mi* (v. 82) verba profert, quæ breve atque grave responsum *Nil dubium; magna est fornacula* sequuntur, post quæ verba puncto igitur distingvendum est *(fornacula. Pallidulus mi)*. Si loquentes accuratius inspexerimus, res perspicua erit. Alter enim, qui plebis personam induit et interrogantis vel interrogantium partes agit, homo est anxius, curiosus, inconstans, trepidus, qui violenta Seiani morte perturbatus omnes interrogationibus vexans ambit, alter, sub cuius persona poeta latet, et qui ubique respondet, constans atque gravis homo est, qui inconstantiam plebis Seianum ad coelum nuper tollentis, tunc cadaver eius calcantis salse irridet atque exagitat. Ille rumoribus inhærens multis interrogationibus caussam mortis quærit, hic paucis verbis epistolam verbosam (quia de multis rebus agens sub finem tamquam obiter Seianum in carcerem conjici jubebat) Capreis venisse respondet et iterum de concursu hominum interrogatus plebem acerbe castigat. Prior excipit: *Perituros audio multos*, quod alter verbis *Nil dubium; magna est fornacula* (multas statuas præter Seiani capere potest) affirmat, et ille, ut est anxius, se Brutidium in Martis campo pallidum vidisse recordatur, jam hunc captum esse compertum habet, sibi metuit et ut Seiani cadaver calcando a periculo se servet aufugit. Et in ipsa verborum forma hæc distributio inest, nam alter ubique, alter nusquam prima verbi persona utitur, et poeta ipse hæc verba addit: *Hi sermones Tunc de Seiano*, quibus se in sermonis formam versus distribuisse declarat. Objiciat fortasse quis, quum poeta se vulgi sermones exponere dicat, alterum nimis graviter atque *irridenter loqui*; sed eum fictis suis personis cogitationes ac

ı suæ magis quam illorum condicioni apta subjicere ɔstendimus, et, ne longius abeam, hic ipse locus hunc ı demonstrat, nam illud a Madvigio explicatum »Aiacem m poenas fortasse velle exigere«, quod ne ab illo ɔm, qui re vera poeta est, sed ab altero, homine de ɔ, dicitur, certe non cuiusvis est dicere.

Alter locus in satira quarta a. v. 130 legitur. Conn calvi Neronis Roma in villam Albanam trepido ıo convocatum est, ut de gravi illa re deliberaret. quid ıbo imperatori dono dato atque omnium patinarum ıuram superanti fieret. Veiento de pisce vaticinatur, ı vaticinatio his verbis interrumpitur:

ıidnam igitur censes? Conciditur? Absit ab illo
ɔdecus hoc, Montanus ait, testa alta paretur,
ıæ tenui muro spatiosum colligat orbem.

ɛs imperatorem (Domitianum), quem Veiento in præıtibus versibus alloquitur, interrogantem inducunt, quam ationem scholia quoque vetera: »Nero dicit« annotantia ıendant, sed si imperator interroget, Veientonem, ım colloquitur, sententiam roget necesse est, at Montanus ndet; quumque Catulli Veientonis responsum exspecım esset, aliquid turbati inesse videtur. Si prior interio imperatori attribuenda est, *conciditur* non intertis imperatoris sed respondentis Veientonis est, a quo anus discrepans sententiam suam promit; quum vero ɛator non in præcedentibus loquens inducatur, quumque ıalis nulla personæ mutatæ significatione facta novum ɛtum loquens non ita inducere soleat, ut persona ex sermonis cohærentia vel ex ipsis verbis non facile atur, utraque interrogatio Veientoni rectius fortasse uenda est, cuius orationem Montani ergo responsum umpit. Mire enim Veientonis oratio in interrogationem: *is erectas in terga sudas?* exit, si nova persona *ogationem subjunctam* promit, neque Veientonis mentio

amplius fit. Quod ad præsens verbi, quod est *Conciditur*, tempus attinet (cfr. sat. XV v. 16 *in mare nemo Hunc abicit*?), interrogatio, quæ de re statim peragenda profertur, actionem futuram tamquam præsentem crebro ponit, et cum persona Veientonis, maximi illius temporis lurconis, qui piscem discerptum jam videt, hæc interrogationis forma eximie convenit.

Ut in prosa oratione fieri solet (et eadem rei inutilis significatione) *quo* et *unde* accusativo rei adjuncto interrogative ponuntur: VIII, 92 *Quo mihi te solitum falsas signare tabellas*? XIV, 55 *Unde tibi frontem libertatemque parentis* (cfr. Hor. Sat. II, 5,102 *Unde mihi tam fortem tamque fidelem*), sed dativus personæ sæpe omittitur, et particula *quo* eadem significatione ponitur: VIII, 10 *Effigies quo tot bellatorum*? XIV, 135 *Sed quo divitias hæc per tormenta coactas*, XV, 61 *Quo tot rixantis millia turbæ, Si vivunt omnes*, quo cum loquendi usu ille male confunditur, quod particula *unde* nominativo rei adjuncto ita ponitur, ut verbum ex cohærentia orationis vel ex ipsis verbis definiendum sit: I, 150 *Dicas hic forsitan, Unde Ingenium par materiæ*? *unde illa priorum Scribendi, quodcunque animo flagrante liberet, Simplicitas*? II, 127: *O pater urbis, Unde nefas tantum Latii pastoribus*? *Unde Hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes*? Nusquam vero, ut apud Horatium, dativo pronominis posito infinitivus particulæ *quo* subjicitur (Sat. I, 6, 25 *Quo tibi, Tilli, Sumere depositum clavum*), neque usquam, ut apud Persium, infinitivo posito pronomen omittitur (I, 24 *Quo didicisse, nisi hoc fermentum ... exierit*), neque particula *quo* eadem significatione atque *quo consilio* posita invenitur (Virg. Aen. II, 150 *Quo molem hanc immanis equi statuere*). Ellipsis quædam etiam in particulæ, quæ est *cedo si*, usu inest. In satira decima tertia, quo loco poeta eum, qui intra s scelus meditetur, crimen facti habere dicit, hoc (v. 21 *adjungit: Cedo si conata peregit*? et in satira sext

obilem mulierem tam altis capillorum ordinibus ılatis caput ornantem depingit, ut a fronte alia, aversa se videatur, hæc a. v. 504 addit: *Cedo si breve Sortita est lateris spatium*? Utroque loco Heinsignum interrogationis delet, et locutionem *cedo si* ·tidiano sermone petitam genus quoddam aposiopesis ɔre dicit. Comparat Quintil. IX, 221: *Cedo si vos loco essetis, quid aliud fecissetis*? et Cic. pro Mur. *quid postea*? laudansque Achaintrii alterius Iuvenalis arrationem (»quanto magis ridendum erit«), eum, quod ı interrogationis subjunxerit, vituperat. Ex cohærentia ıis ea, quæ audienda sint, facile definiri addit. Ru- ı eandem fere viam ingressus alterum locum sic enarrat: dic, quid credas? quid deinde? vel quanto magis scil. credas, si breve cet.«. Loci Quintiliani atque Cicequos Heinrichius cum locis Juvenalis comparat, ab ersi sunt; in priore enim sententia condicioni subjuncta est, et in altero interrogatio particulæ *cedo* additur. Iuvenalis locis modo hic Senecæ locus: *Cedo si spes ;olus impedio* (de clem. I, 9) conferri potest. Ex ione sententiæ interrogativæ adjuncta *cedo si* ortum interrogative ponitur, sed in ipsa particularum con- ɔne ellipsis inest; non jam hoc, jam illud ex cohæsermonis auditur, neque ullum aposiopesis genus , et qua significatione particula — in particulæ enim n locutio transiisse dici potest — apudJuvenalem ponatur, si docent, quibus poeta, postquam rem perversam, quis jure miraretur et derideret, commemoravit, hac ıla maiorem perversitatem addit.

'articulam condicionalem omitti, et duplicem esse omissionis rationem Madvigius docet: primum in periodi, ubi in concitata et brevi oratione id, quod ionis loco sit, ponatur et esse fingatur — sic enim tales accipiendos potius esse quam per interrogationem, *re vera particulam* non omitti sed eius ponendæ

caussam tolli alia instituta orationis forma — (III, 100 *Rides, maiore cachinno concutitur, flet, si lacrimas conspexit amici*, XIII, 215 *Albani veteris pretiosa senectus Displicet, ostendas melius, densissima ruga Cogitur*, XIII, 227: *Illa nihil nocuit, cura graviore timetur Proxima tempestas*, cfr. VIII, 24), deinde multo rarius eam omitti in media oratione in eadem concitatione, ubi condicio brevissime uno duobusve verbis comprehensa sententiæ primariæ interposita ipsa verbi forma judicium sui faciat: III, 78 *Græculus esuriens in coelum, jusseris, ibit.* Reliquos Juvenalis locos, quia pauci sunt, et alii mala distinctione, alii prava scriptura corrupti sunt, alii male explicantur, conquirere conabimur, et a loco satiræ sextæ ob variatum loquendi genus notabili initium faciemus (a. v. 329):

Dormitat adulter,
Illa jubet sumpto juvenem properare cucullo,
Si nihil est, servis incurritur; abstuleris spem
Servorum, veniet conductus aquarius; hic si
Quæritur et desunt homines, mora nulla per ipsam,

In satira XIV poeta, postquam, quæ census mensura vitæ frugaliter et contente agendæ sufficeret, exposuit, hæc a. v. 322 subjungit:

Acribus exemplis videor te claudere. Misce
Ergo aliquid nostris de moribus, effice summam,
Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.

Sic et Jahnius et Heinrichius versus distingvunt; Hermannus post *claudere* signum interrogationis ponit, sed hi versus subsequuntur:

Hæc quoque si rugam trahit extenditque labellum,
Sume duos equites, fac tertia quadringenta.

nadmodum hoc loco particula condicionalis cum
i tempore imperativo alterius membri antecedit, sic
ıententia, quæ condicionis loco posita est, simili
nperativo *misce* præmittitur, quamobrem vix dubium
n commate, non puncto, post *claudere* incidendum
sententia *Acribus exemplis videor te claudere*
ınem continet.

satira septima, ubi a. v. 191 hi versus leguntur:

Felix et pulcher et acer,
c et sapiens et nobilis et generosus,
ɔsitam nigræ lunam subtexit alutæ;
c orator quoque maximus et jaculator;

o sententia, quæ est *Appositam nigræ lunam sub-*
lutæ, condicionis loco posita est, post *generosus*
signo post *alutæ* minore incidendum est; sententia
ondicionalis, ubi particula auditur, sententiæ con-
subjectæ semper præmittitur, et frustra locus af-
qui in satira quarta a. v. 18 in plerisque editionibus
bitur:

ɔilium laudo artificis in munere tant)
ɔipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi;
ratio ulterior, magnæ si misit amicæ

versu primo pro *in* legendum est *si* [1]).

---

verbum, quod est *misit*, objectum paullo durius omis-
ı est (*munus*, vel *mullum* potius ex v. 15) cfr. satiræ decimæ
99:

Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipsa habuit; cuperet Rutilæ Verginia gibbum
Accipere atque suam Rutilæ dare.

loco substantivum prægressum (*faciem*) adjectivo posito
m) dure auditur, quum poeta pro *atque suam* more suo et
m dicere potuisset.

In satira octava, ubi poeta, rapinis in provinciis præfectorum acriter perstrictis, hos versus scripsit (a. v. 121):

Curandum imprimis, ne magna injuria fiat
Fortibus et miseris. Tollas licet omne quod usquam est
Auri atque argenti: scutum gladiumque relinques
Et jacula et galeam: spoliatis arma supersunt.

Heinrichius miram Orellii distinctionem mutans et pro *relinques* substituens *relinquens* sic locum distingvit:

Auri atque argenti, scutum gladiumque relinquens
Et jacula et galeam: spoliatis arma supersunt.

quem Hermannus ita sequitur, ut *relinques* amplectatur. Jahnius Lachmanno auctore versum ultimum, qui omnium codicum consensu defenditur, spurium judicans et uncis includens post *relinques* puncto incidit. E distinctione sola dissensio interpretum elucet; nemo enim eorum de cohærentia sermonis loquitur, neque caussam, cur scripturam hanc vel illam prætulerit, commemorat. Codices enim dissentiunt, alii *relinquens* (sic codex Pithoeanus), alii *relinques*, alii *relinquas* habent. Quin poeta injurias sociorum imperio Romano periculosas fieri posse vaticinetur, dubium non est, sed ab aliis verba eius sic accipi videntur, ut præter bona arma quoque iis auferenda esse censeat, ab aliis sic, ut arma iis relinqui velit. Poeta molles atque effeminatos socios contemnit, eosque, quibus bona et libertas eripiantur, dignos esse censet, sed ex tota satira satis evidenter apparet, eum suadere, ut fortibus atque bellicosis, qui et imperio utiles et injuriarum impatientes sint, parcatur. Hoc igitur dicit, his aut (quod ipse summam injuriam esse neque minus indignum imperio quam ei damnosum affirmat) simul cum bonis arma auferenda esse, aut iis consulendum esse: cavendum esse, ne et injuria afficiantur, et arma iis relinquantur. Sed aurum atque argentum iis eripi, id ipsum poeta [illegible] injurias annumerat, quamobrem versus, qui a

tamquam spurius tollitur, desiderari non potest; post *relinques*, ne de insolenti futuro tempore sic licam, puncto incidi potest. Heinrichius participium *ens* ponens formam a Juvenalis loquendi usu non . e codice præstantissimo in textu ponit, et Juvenalis rticipium imperativo sæpius adjungit (tollas licet), sed forma, quia sententiæ, quæ est: *scutum gladium- inquens*, condicionis loco positæ sententia *spoliatis supersunt* subjecta esse videtur, durior est. Sic podosis miro sententiarum inter se oppositarum com- subjungitur. Cohærentia sermonis hæc est: »tollas rum atque argentum; si scutum, gladium, jacula is, arma iis supererunt, et his armis injuriam bono- ireptorum ulcisci conabuntur«, quamobrem verba *gladiumque sqq.* enunciationem priorem continent. *linques* aut *relinquas* legendum est. Ubi autem ia secundaria condicionem continet, nusquam apud em, præsenti tempore in sententia primaria posito *supersunt)*, in secundaria futurum tempus ponitur, rem *relinques* non præferri debet, sed quum in tali ia conjunctivi altera præsentis temporis persona ponatur[1]), codicibus, qui *relinquas* habent, obtem- m est, et conferri potest sat. XIII v. 217 *Ostendas densissima ruga Cogitur in frontem.*

satira sexta, quo loco a. v. 206 hæc scripta sunt:

tibi simplicitas uxoria, deditus uni
t animus, summitte caput cervice parata
rre jugum.

---

quentissimus est enim apud Juvenalem ille loquendi , quod, indicativi præsenti tempore in sententia pri- ia posito, in sententia, quæ condicionem annectit, non condicionis ratio conjunctivum requirat, sed quia con- tivi ponendi caussa in secunda persona inest, conjunctivi nda præsentis temporis persona ponitur: XI, 16 Si *das, juvant* cfr. X, 142. III, 297; XIV, 231.

insolentioris asyndeti potius quam omissionis particulæ condicionalis exemplum exstat. Multi hos versus emendare conati sunt: Rupertius verba *simplicitas uxoria* uncis includenda esse censet: alii contra metri rationem, quæ apud Juvenalem in arsi primi pedis elisionem non patitur, ante *Est* particulam *si* inserunt, alii inter *uxoria* et *deditus* interponunt *ac*. Heinrichius denique: *Si tibi simplicitas, si uxori deditus uni* legendum esse credit. Locutiones, quæ sunt: amnis uxorius, uxoria condicio, uxorius ambitus, uxorium levamentum, conferens, simplicitatem uxoriam modo simplicitatem hominis uxori obnoxii significare posse contendit, hoc autem dure dici concedit. Simplicitas autem uxoria hoc loco est simplicitas, quæ de uxore ducenda cogitare possit vel matrimonio, quod poeta viro gravi ferendum esse negat, ineundo apta sit.

Hi, quos congessimus, loci regulæ, quam Madvigius proposuit, obtemperant[1]), sed restant duo, qui ab ea declinare videantur. In satira XIV, ubi poeta insaniam divitum decoctorum depingit, a. v. 140 hi versus leguntur:

Ergo paratur
Altera villa tibi, quum rus non sufficit unum,

---

[1]) Apud Persium hæc particulæ condicionalis omissio b[illegible] invenitur: V, 78 *Verterit hunc dominus, momento temporis ex[illegible] Marcus Dama*; V, 189 *Dixeris hæc inter varicosos centuriones, Co[illegible] tinuo ridet*, crebrius apud Horatium: Sat. II, 7, 32 *Jusser[illegible] ad se Mœcenas ... blateras;* II, 6, 39 *Dixeris, experiar, si vis[illegible] potes, addit et instat*; singularem vero formam loci Horati[illegible] præbent, qui sunt: Sat. II, 5, 10 *Turdus sive aliud privus[illegible] dabitur tibi, devolet illuc*; II, 8, 16 *Albanum sive Falernum te magi[illegible] appositis delectat, habemus utrumque.* Virgilius, qui in brevi sententia mediæ orationi interposita particulam sæpius omittit, priori formæ non favisse videtur; Ovidius eam sæpe adhibet ut in Metam. XIV, 650: *Jnduerat scalas, lecturum poma putares*, Horatius autem eam amat cfr. Epist. I. 1, 87 sq. 33, 36; 6, [illegible] II, 3, 292; 5, 96.

proferre libet fines, maiorque videtur
melior vicina seges: mercaris et hanc et
busta et densa montem qui canet oliva.

ırichius, Jahnius, alii. Weber etiam puncto post
. 143) incidit. Apodosis a verbo *mercaris* incipere
sed quum enunciatio prior cum apodosi præcedat:
, *quum non sufficit* sqq., mire altera apodosis
et ea sic formata, ut ad ultimum solum membrum
atque cum eo arcte cohæreat *(hanc)*. Aliter
tingvendus est, nam quemadmodum *altera* opponitur
c *seges, arbusta, montem* angustioribus finibus oppo-
quum rus non sufficit unum, altera villa paratur, et
ı proferre libet, vicinaque seges maior videtur, mer-
ınc. Sententia *Et proferre libet sqq.* condicionis
co posita est, et particula *si*, ubi *quum* præcedit,
m condicionalem crebro adjungit cfr. VI, 575—78.
ɜr locus in satira sexta legitur, ubi poeta sacer-
ıidis atque superstitiones mulierum perstringens
us scripsit (a. v. 535):

petit veniam, quoties non abstinet uxor
ıcubitu sacris observandisque diebus,
gnaque debetur violato poena cadurco,
movisse caput visa est argentea serpens.
us lacrimæ meditataque murmura præstant,
veniam culpæ non abnuat ansere magno
'icet et tenui popano corruptus Osiris.

/igius orationem distribuit, ante eius enim emen-
post *cadurco* (v. 537) puncto, post *serpens*
incidebatur. Versum (538): *Et movisse caput*
argentea serpens superioribus adjungendum esse
ıti expiandi descriptionem continere, tum ex par-
tum ex verbi tempore patere Madvigius dicit, et
oque caussam addit: »tum ex eo, quod post Ille

(v. 535 *Ille petit veniam*) altera quoque sententia, qua precum deos flectentium vis significatur, ab eodem pronomine incipere debet (v. 539) *Illius lacrimæ meditataque murmura sqq.*« Verum illa altera sententia neque novum exemplum neque alias preces neque alium precandi modum profert et simplex eiusdem exempli continuatio est; et *Illius* (v. 539) non alius est atque *Ille* (v. 535), quod pronomen singulari vi primo versus loco positum repetit (cfr. II, 93, 99, ubi *Ille* versus 93 alius est atque *Ille* v. 99), neque *culpa*, quæ in v. 540 commemoratur, alia est atque *concubitus* culpa (v. 536), et si post *serpens* (v. 538) puncto inciditur, secundum regulam a Madvigio acute constitutam aut nova persona *(Illius)* aut novum exemplum exspectandum erat. Huc accedit, quod illa distinctione aut tautologia quædam oritur, aut discrimen aliquod, quod non inest (nisi quod precibus lacrimæ adduntur), inter *Ille petit veniam* et *illius lacrimæ præstant, ut Osiris veniam non abnuat* inesse dicitur. Alia interpunctione (modo mendum a Madvigio demonstratum ne reducat) locum emendandum esse crediderim. Quemadmodum loco supra enarrato (XIV, 140—144) duæ enunciationes priores cum apodosi ita se excipiunt, ut prior apodosis anteposita (*altera villa paratur*), altera postposita sit *(mercaris)*, sic eandem loquendi formam in hoc quoque loco inesse credo. A *Magnaque* (v. 538) enim altera enunciatio prior incipit (particula *si* in versus initio omissa titur cfr. *Et proferre libet fines*), quamobrem com Madvigii post *cadurco* (v. 537) positum servandum e sed post *serpens* commate non puncto incidendum e Juncturam enim verborum hanc esse credo: »*quoties ux. concubitu non abstinet, ille veniam petit, et* (si) *magn poena cadurco violato debetur atque argentea serpe caput movisse visa est* (in ascensu orationis *Et* pri versus loco positum sententiam gravius portentum prome tem annectit) *illius lacrimæ præstant, ut Osiris venia non abnuat*, nam voces, quæ sunt Illius lacrimæ, pronom

535) repetunt, et caussa lacrimarum in adjectivo
et *capite serpentis moto* latet, quamobrem punctum
pens positum membra cohærentia dirimere videtur.
, quæ sunt *violato cadurco* eandem culpam indi-
que voces prægressæ *concubitu sacris diebus*, post
(v. 535) puncto incidendum est, quo facto apodosis
membrorum copulative junctorum communis a
Illius lacrimæ incipit:

petit veniam. Quoties non abstinet uxor sqq.,
s lacrimæ meditataque murmura præstant sqq.,

que caussis, quibus commotus Madvigius distinc-
versuum vulgatam mutandam esse censuit, et
quam exposuit, et cohærentiæ sermonis satisfit.
stinctio melior sit, dijudicare non ausim.
oque igitur loco in sententia copulative adjuncta,
conjunctio *(quum, quoties)* similem sententiam
sam inducit, particula condicionalis omissa est (sic
cos accipiendos potius esse quam conjunctionem
lam esse credo), et paucis apud Juvenalem locis passivi
ium subjecti locum tenens futuro verbi tempori ita
ur, ut condicionem contineat. In satira enim XIV,
a avari ac sordidi hominis cibum putrem ac vilem
, hic versus legitur (134):

vitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.

us pro *negavit*, quam scripturam multi codices
primus *negabit* restituit; alii *negarit*, alii *negaret*
ctura in textum receperunt, quos Heinrichius ita
, ut pedestris orationis auctorem sic scripturum
icat. Minime. Aliud enim est, quod conjunctivi imper-
osito aliquid sub aliqua condicione, cui satisfieri
, eventurum esse dicitur, aliud quod, indicativi futuro
posito aliquid, si condicioni alicui satisfiat, even-
sse pronuntiatur. In satiræ tertiæ v. 168—169 Quod

turpe negabit Translatus subito ad Marsos mensamque Sabellam Madvigius *negabit* restituit, et conferri potest satiræ secundæ v. 70: *Damnetur, si vis, etiam Carfinia; talem Non sumet damnata togam*, qui locus ad grammaticam rationem illustrandam eximie accommodata est (cfr. Virg. Aen. III, 460 *Cursusque dabit venerata secundos*). Simili modo in sat. X. v. 22 *Cantabit vacuus coram latrone viator* condicio in adjectivo *vacuus* latet, et hoc adjectivum vocibus prægressis: *Pauca licet portes argenti vascula puri, Nocte iter ingressus gladium contumque timebis*, satis definitur.

Masculinum et femininum pronominis demonstrativi, quod est *is*, genus apud Juvenalem [et Persium Flaccum][1]), qui neutro pronominis raro utitur (*id vitium* III, 182, VI, 413; *quidquid id est* VII, 172 cfr. Pers. III, 95, VI, 66), non invenitur; satirarum enim scriptor de remotis tamquam de præsentibus loqui amat, rem cerni posse fingit, præsentia notat. Pronomen relativum semel positum ad alterum orationis membrum alio casu audiri posse, Madvigius locum, qui in satira prima a. v. 155 sic scriptus legitur:

> *Pone Tigellinum: tæda lucebis in illa*
> *Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant,*
> *Et latum media sulcum deducit arena.*

enarrans docuit, atque pronomen *quæ* ad alterum membrum ex casu obliquo *qua* eruendum esse demonstravit, et similie exemplum locus præbet, qui in satira decima quinta (v. 169) legitur: *Quorum non sufficit iræ Occidisse aliqu[illegible] sed pectora, brachia, vultum crediderint genus esse c[illegible]* Ex casu obliquo non solum, ut his locis, nominativus s accusativus quoque audiri potest, et in satiræ sextæ v. 1

[1]) Apud Horatium, quamquam hic poeta pronomina, quæ [illegible]u. *hic et ille*, multo sæpius ponit, passim occurrit.

nativo relativi accusativus auditur: *Quodque domi t et habet vicinus ematur* (cfr. Hor. Sat. II, 6, 73 *ad nos pertinet et nescire malum est*, C. S. 26 *semel dictum est, stabilisque rerum Terminus* , quod iis tantum locis fieri potest, quibus forma inis non mutatur[1]); ex accusativo vero prægresso ıvenalem nominativus non auditur[2]). Simili modo, quo en relativum his locis omissum est, etiam pronomen trativum audiri posse, docet locus, qui in satira . v. 609 legitur, ubi poeta venustam illam Fortunæ :cos lacus pueros expositos noctu foventis picturam)lvit: *Hos amat, his se Ingerit utque suos ridens it alumnos;* multo autem frequentior ille loquendi ıt, quod, ubi substantivum aliquod vel pronomen in membro positum in altero per pronomen demon- m eodem casu (accusativo vel genetivo) posi- epetendum erat, hoc omittitur: VI, 606 *Hos)mnes Involvitque sinu, domibus tunc porrigit* VIII, 72 *Sed in magna legatum quære popina, :s aliquo cum percussore jacentem*, quæ omissio ro ita extenditur, ut in sententia a præcedenti seclusa inveniatur: VIII, 179 *Quid facias sortitus, Pontice, servum? Nempe in Lucanos :sca ergastula mittas* cfr. X, 182. Horatius[3]) in

---

lius in Metam. libr. III v. 446 *Quod videoque placetque* dixit, : loquendi forma ob iteratum *que* rarissima est.

Sallust. bel. Jug. c. XIV: *Quæ aut amisi aut ex necessariis rsa facta sunt.*

atius in duabus similibus sententiis pronomen demonstra- m non tam omittit, quam substantivum in priore positum ltera audiri patitur: Sat. I, 4, 81 *Absentem qui rodit amicum, Qui defendit alio culpante*, vel ubi substantivum præcedit, demon- tivum raro omittit: Sat. I, 3, 84 *Paullum deliquit amicus: bus Odisti et fugis*; A. P. 456 *Vesanum tetigisse timent fugiunt- poetam Qui sapiunt; agitant pueri incautique* sequuntur.

accusativo cum infinitivo pronomen demonstrativum, quod subjecti locum tenet, ex sententia prægressa vel cohærentia sermonis definiri patitur [1]), quod loquendi genus Juvenalis nusquam imitatus est; uterque autem imperativo posito, ubi notio, quæ desideratur, ex cohærentia sermonis facile definitur, accusativum pronominis, quod ad eum refertur, de quo agitur, non ad eum, qui loquitur, interdum omittit: I, 125 *Citius dimitte, Noli vexare (eam,* non *nos)*; VI, 347 *Pone seram, cohibe (eam)*, Hor. Sat. II, 5, 94 *Extrahe turba (eum)*, quo etiam imperativus, qui est *audi*, in satiræ sextæ v. 220 trahi debet. Locus sic scribitur:

Meruit quo crimine servus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi,
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

Imperativo *audi* signum exclamationis subjungendum est, non *me* neque *quæ dicam* audiendum est, et maritus uxorem hortatur, ut servum audiat, si se defendere possit, non attentionem eius poscit. Juvenalis in duabus similibus sententiis, ubi subjectum idem est, eum pronominis demonstrativi casum, quo illa vox effertur, ad quam pronomen referendum est, omittit, sed exstant loci, qui a regula declinent: XIV, 54 *Quum omnia deterius tua per vestigia peccet, Corripies nimirum et castigabis;* VI, 137 *Bis quingena dedit, tanti vocat ille pudicam*, quique eam ob rem notabiles sint, quod nullum substantivum neque pronomen, ad quod pronomen omissum refertur, positum est, et in priore exemplo objectum omissum ex sententia secundaria ad primariam arcessendum est [2]). Nominati

[1]) Hor, Sat. I, 1, 63 *Quid facias illi? Jubeas miserum esse*; II 37 *Ire domum atque Pelliculam curare jube.*

[2]) Cum posteriore loco hic locus Horatianus conferri pot *Ne gallina malum responset dura palato, Doctus eris vivam m mersare Falerno*; *Hoc teneram faciet* (sat. II, 4, 20) quo lo *adjectivo* posito, pronomen demonst. omissum est.

ırativi, quod sententiam relativam constituit, impri- hæc notionem hominis vel certi hominum generis t, etiam ante genetivum et dativum pronominis re- ısum passim omittitur: X, 45 *Tunc quoque ma- risus invenit ad omnes Occursus hominum, cuius ia monstrat*; V, 52 *Tibi pocula cursor Gætulus ut nigri manus ossea Mauri, Et cui per me- olis occurrere noctem;* accusativus deinde demon- , quod in sententia primaria objecti locum tenere , ante nominativum pronominis relativi, et dativus ıus per attractionem quandam ante dativum rela- itti potest: XI, 24 *Despiciam, qui scit, qvanto or Atlas Omnibus in Libya sit montibus;* X, 329 *quidnam Suadendum esse putes, cui nubere Cæ- xor Destinat* (modo hoc loco hæc pronominis omissio ır), et in sat. XIV v. 298 *Sed cuius votis modo ffecerat aurum, Frigida sufficient velantes ing- ınni* dativus pronominis demonstrativi ante gene- pronominis relativi omissus est, quod loquendi ita explicari potest, ut *cuius votis* idem atque ı personæ optantis valere dicamus. Ubi autem ac- ıs relativi sententiam prægressam inducit, Juvenalis ivum demonstrativi, quod objectum est sententiæ is, nusquam omisit[1]). In satira octava, ubi hæc sunt (a v. 135):

uod si præcipitem rapit ambitus atque libido, frangis virgas sociorum in sangvine,

---

atius, qui ut Juvenalis ante dativum relativi dativum de- ıstrativi omittit, relativum autem demonstrativo semper eponit: Sat. I, 4, 43 *Ingenium cui sit . . . des nominis huius rem* cfr. Epist. 1, 18, 31; 6, 53, ubi accusativus relativi mittitur, accusativum demonstrativi (et ubi subjectum usque sententiæ idem est et ubi mutatur) crebro omittit: P. 475 *Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo*, Epist. II, 178 *Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru, Exanimat lentus ıtator cfr. Epist.* I, 17, 26; 18, 25.

adjectivo *(præcipitem)* posito pronomen *te* omissum est, quod pronomen in tali sententiarum conjunctione facile audiri potest (cfr. Virg. Aen. VI, 594 ***Præcipitem adegit***, Ovid. Met. VIII, 251 ***Præcipitem misit***, quibus locis objectum personæ simili modo omissum est), sed nusquam Juvenalis (ut Horatius [1]) adjectivum (participium) objecti locum tenens ita ponit, ut pronomen primæ personæ audiatur. Quemadmodum in loco supra posito et in illo, quem commemoravimus *(Bis quingena dedit, tanti vocat ille pudicam)* accusativus singularis adjectivi numeri *(præcipitem, pudicam)* objecti locum ita tenet, ut pronomen audiatur, sic apud Iuvenalem tres loci sunt, quibus accusativus pluralis adjectivi numeri ita positus videri possit, ut substantivum omissum sit. In satira enim tertia, ubi poeta villicum ruinosis ædibus male consulentem commemorat, a v. 139 hi versus leguntur:

Nos urbem colimus tenui tibicine fultam
Magna parte sui, nam sic labentibus obstat

---

[1]) Horatius accusativum primæ quoque et secundæ personæ pronominis, ubi personæ notio ita præcedit, ut cohærentia sermonis perspicua sit, passim omittit. Sic *me* (Sat. I, 6, 61 *Abeo et revocas nono post mense*) etiam in accusativo cum infinitivo (Epist. I, 18, 104 *Me quoties reficit Digentia-quid sentire putas* cfr. I, 16, 36) et in sententia secundaria passim omittitur (Epist. I, 14, 16); *nos* et *te* rarius omittuntur (Epist. II, 1, 226 *Simul atque carmina rescieris nos fingere, commodus ultro Arcessas*; Sat. I, 1, 84 *Non uxor salvum te vult, omnes vicini oderunt*; A. P. 439 *Melius te posse negares, delere jubebat* cfr. Epist. I. 1[illegible] quod ultimum pronomen Persius Flaccus, qui a tota ea p[illegible] nominis omissione, quam tractamus, vulgo abstinet, in [illegible] IV, v. 34 omisit: *Est prope te ignotus, cubito qui tangat*), crebro Horatius adjectivo vel participio præsentis tempo[illegible] posito pronomina *me* et *te* ex sententia prægressa aud[illegible] patitur: Fpist. I, 20, 17; 14, 37; 8, 3; 19, 33; II, 2, 52; S. [illegible] II, 5, 42; rarius *mihi*, *tibi*: Sat. II, 5, 1; 2, 98.

icus et, veteris rimæ quum texit hiatum,
ıros pendente jubet dormire ruina.

atira quinta a v. 84 sic scriptum est:

d enim vestris datur alveolis, quod
na Micipsarum prora subvexit acuta,
pter quod Romæ cum Bocchare nemo lavatur,
d tutos etiam facit a serpentibus atris,

ra denique sexta tertius locus a v. 593 sic scriptus
:

jacet aurato vix ulla puerpera lecto.
tum artes huius, tantum medicamina possunt,
steriles facit atque homines in ventre necandos
ducit.

in satira sexta, quæ tota in feminarum vitiis exagi-
versatur, substantivum, quod est *femina*, crebro
ittit, ut pro eo adjectivi genus femininum ponat[1]),

---

erdum etiam adjectivum vel participium, quod substan-
aliquo addito certius definiri solet, ubi notio substan-
, quod desideratur, cohærentia sermonis satis definitur,
ponitur, ut substantivi notionem contineat: V. 30 *Ipse*
illato diffusum consule potat, et adjectivum vel participium,
a certum substantivum semper auditur, huius substantivi
ıere pro substantivo sæpius ponitur. Hic, quoniam res
aonuit, adjectiva, quæ a Juvenale pro substantivis inso-
tius ponuntur, congeram. Sunt: *taurea* (scutica) VI, 492,
cta (aqua) V 50, *Tiberinus* (piscis) V, 103, *lanata* (ovis)
I, 155, *fictile* (vas) III, 168, X, 26, *genialis* (lectus) X, 334,
num (vinum) XIV, 271, *mollis* (= cinædus), *zelotypus* (mari-
) VIII, 197; *præceps* (X, 107, hoc adjectivum vix, ut vulgo intel-
ınt, præcipitationem solam significat, sed et præcipita-
ıem et spatium casus immanis), *abortivum*, II, 32, *secretum* III, 52,
minia, *Latina* (via) I, 171. V, 55; *Venafranum* (oleum) V, 86, *Jonius*
93 (priores *Jonium* scil. mare dicunt, cfr. autem Hor. Epod. X
s Jonius), *Crystallina*, *Myrrhina* (vasa) VI, 155, et nonnullis
um adjectivorum adjectivum alterum adjunctum interdum

quamobrem verisimile est, ad adjectivum *steriles* audiendum esse *feminas* potius quam pronomen demonstrativum. Alia est reliquorum locorum ratio, sed neutro loco substantivum omissum esse credo. In priore enim ex nominativo pronominis *nos* (v. 193) accusativus ad *Securos* eruendus est, et in altero, quum poeta in tali sententia notionem universalem, quæ est *homines*, ponere soleat (cfr. III, 153 *Quam quod ridiculos homines facit)*, simili modo ex prægresso pronomine (*vestris* v. 84) *vos* audiendum esse crediderim. Comparari potest hic satiræ octavæ locus (a v. 236):

Sed vigilat consul vexillaque vestra coercet;
Hic novus Arpinas, ignobilis et modo Romæ
Municipalis eques, galeatum ponit ubique
Præsidium attonitis et in omni monte laborat

quo loco ad *attonitis* ex *vestra* (v. 236) audiendum est *vobis*.

Aliquot loci sunt, in quibus pronominis demonstrativi omissio interpretes turbaverit et vel pravam versuum distinctionem vel conjecturas moverit, quorum unum subjungam. Est ille locus in satira sexta, quo loco poeta infamem Claudii Cæsaris uxorem et nocturnas eius ad lupanar excursiones perstringens hos versus scripsit (a v. 116):

Dormire virum quum senserat uxor
Ausa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non amplius una

---

invenitur: *Tyrius genialis, secretum honestum, gulosum fictile, vosa Latina, pingve passum, opimum pingve.* Simili modo adj tivis, quæ in substantivi notionem transierunt, adjectiva substantivis substantiva, quæ adjectivi vel verbi notion quodammodo continent, adjunguntur: VII, 30 *dives avar* IX, 16 *æger vetus*, IX, 38 *mollis avarus*; VI, 40 *captator macell* X, 238 *artifex os*; IX, 19 *verna eques*; III, 110 *filia virgo*; 26 *a tonsore magistro*; IV, 62 *Turba miratrix*; IV, 100 *Ur Numidas*, IV, 111 *Vulturibus* Dacis.

, nigrum flavo crinem abscondente galero,
travit calidum veteri centone lupanar
cellam vacuam atque suam. Tunc nuda papillis
nstitit auratis titulum mentita Lyciscæ
tenditque tuum, generose Britannice, ventrem.
ccepit blanda intrantes atque æra poposcit,

nius et Hermannus locum edunt; Heinrichius Ru-
secutus contra codicum auctoritatem pro *Et* (v. 120)
bstituit. Heineckius constructionem verborum non
iens *sumere* (v. 118) infinitivum historicum (qui
uvenalem nusquam invenitur) vocat, et pro *linquebat*
) *inde ibat* legendum esse putat, quem refellens
hius duos infinitivos (*præferre*, *sumere*) per asyn-
positos esse recte affirmat. Quamquam duo versus
siti sunt, *linquebat* (v. 119) ad *virum* (v. 116) re-
um est, et pronomen demonstrativum, quod in sen-
primaria objecti locum tenere debebat, omissum est.
io modo loquendi usum a Juvenale non adhibitum
ntes rem explicare conantur. Sed maior difficultas in
rsibus inest. Quamquam enim Rupertius »tales ora-
duritias passim in poetis concoquendas esse« affirmat
iores interpretes cum eo consentire jure miramur),
temporis mutatio, qualis est *linquebat et intravit*,
modo ferri potest neque usquam alibi apud Juvena-
licet totum eius opus revolvas, invenitur. Tempora
tur illa quidem sed intra certos fines, quod alio
disputationis loco accuratius tractabimus. Qui *sed*
substituentes rei mederi conantur, non emendant
pravant, nam temporum mutatio, quæ offendit, non
r, et cohærentia sermonis turbatur. Heinrichius, Ru-
, alii, eidem errori obnoxii, regulas de duobus mem-
pulative junctis constitutas juncturam, ut ita dicam,
ctivam et adversativam complecti non credunt. Ru-
re vera post galero (v. 120) puncto incidens locum

emendavit, sed quam imprudens egerit, ipse prodit, nam ea, quam adhibuit, orationis distributio ita ei displicet, ut mendum latere dicat. Loci ratio hanc distinctionem poscit, et eodem modo, quo nova periodus a verbo *Intravit* (v. 121) primo versus loco posito initium capit, sequens periodus, quæ eiusdem rei commemorationem continuat, a verbo *Excepit* (v. 125) eodem versus loco posito incipit. Comma post *Et* (v. 120) positum tollendum est, post *galero* puncto, post *suam* (v. 122) commate incidendum est. Sic omnia recta sunt. Juvenalis ablativos consequentiæ ita posuit, ut copulative adjuncti periodum claudant. Similem locum, ubi interpretes eodem errore labentes aberrant et res manifesta est, altera satira nobis præbet. Poeta enim virorum mollium et cinædorum insaniam depingens a v. 93 hos versus scripsit:

Ille supercilium madida fuligine tactum
Obliqua producit acu pingitque trementes
Attollens oculos; vitreo bibit ille Priapo
Reticulumque comis auratum ingentibus implet
Cærulea indutus scutulata aut galbina rasa
Et per Junonem domini jurante ministro.
Ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis

ubi dubium esse nequit, quin versus sic recte distingvantur. Quum enim plura eiusdem insaniæ documenta pluribus hominibus inductis proferuntur, novum exemplum a pronomine *Ille* (v. 98), quo pronomine præcedentia inducuntur, recte incipit. Versus igitur *Et nigrum flavo crinem abscondente galero* (VI, 120) versui huius loci: *Et per Junonem domini jurante ministro* omni a parte respondet, et utroque loco insolentior ablativorum consequentiæ periodum claudentium positus præcedentibus ablativis sustentatur [1]).

---

[1]) Pronomen, quod est *alius*, a poeta sæpe omissum esse, Heinrichius compluribus locis annotavit, sed ne veræ pronomina

articularum denique, quæ sunt *nempe*, *nam*, *enim*, itas quædam orationis magis quam ellipsis inest. , decima tertia, ubi a v. 164 hi versus scripti sunt:

ıioni aliena immiscuerit, vereor. Hæc exempla affert: ;6 *Quid Cremeræ legio et Cannis consumpta juventus*, *Tot bel-* (aliorum) *animæ*, VI, 55 *Magna tamen fama est cujusdam* ı) *rure paterno viventis*, III, 7 *Ut non deterius credas horrere* 'ia, *lapsus Tectorum assiduos ac mille* (alia) *pericula sævæ* , X, 174 *Creditur olim Velificatus Athos et quidquid* (aliud) *ia mendax Audet in historia*; X 178 *Credimus altos Defecisse epotaque flumina Medo Prandente*, *et madidis cantat quæ Sostratus alis*, X, 210 *Sit licet eximius citharoedus*, *sitve Se-* *Et quibus* (aliis) *aurata mos est fulgere lacerna*, XIII, 126 *lum* (aliud) *in terris tam detestabile factum ostendis*, *taceo*, cfr. 103 *Hic non sunt aut venales elephanti*, *Nec Latio aut usquam*) *sub nostro sidere talis Bellua concipitur*. At hæc ex- a non unius generis sunt: II, 156, X, 178, 210 poeta luribus exemplis positis omnia in unum confert; X, XII, 103 in pronominis indefiniti significatione et usu ıa inest, cur nulla vox desideretur, XIII, 126 *nullus* pro ositum negationem auget, VI, 55 ubi *cuiusdam* nulli fe- contrarium ponitur, neque novum exemplum additur, audiri nequit. Ex recentiore magis quam veterum lo- di usu pronominis omissionem plerisque locis statui cre- ;im. Crebro autem apud Juvenalem commemoratio rei ius aut desideratur aut in una aliqua voce latet. In sa- ıexta, ubi poeta libidinem mulierum bonæ deæ solemne ırantium describens hæc dicit (V. 332—334): *Hic si quæ- et desunt homines*, Heinrichius ad verbum *quæritur* adver- *frustra* omissum esse dicit, sed hoc verbum et sæpius onitur, ut notio, quæ desideratur, ipsi verbo subjicia- et hoc loco sequentia verba *et desunt homines* adverbii nem satis explent. In eadem satira, ubi crudelitas in- ı mulieris atque cruciatus servarum depinguntur, et do- irata clamat (v. 492) *Altior hic quare cincinnus?* cui inter- tioni poeta hæc verba subjungit: *Taurea punit Continuo crimen facinusque capilli*, Heinrichius adverbium *male* ad ı omissum esse contendit, et ultimos satiræ quartæ ver- ;onfert: *Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus Coepe- Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti* ubi ex contextu *sine periculo* ɛndum esse dicit. Neutro loco notio adverbii omissa *nam in priore* non *male* sed ex interrogatione præcedenti

Cærula quis stupuit Germani lumina, flavam
Cæsariem et madido torquentem cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.

quemadmodum notio affirmativa (omnes) non raro apud poetas ex præcedenti negatione (nemo) elicienda est (cuius

---

altius facile auditur, et in altero verba prægressæ sententiæ *impune et vindice nullo* non difficilius repetuntur. In satira autem XIV, quo loco poeta, postquam quatuor infantes in casa pauperis ac parvo contenti viri ludentes commemoravit, a v. 169 hæc adjungit: *Sed magnis fratribus horum a scrobe vel sulco redeuntibus altera coena Amphor*, prioris infantium coenæ commemoratio in pronomine *altera* inest. In eadem satira, quo loco tempus, ex quo divites vel argentarii arcas in templo Castoris (ante enim in Martis templo pecuniæ deponebantur) deponere solebant, definitur, et hic versus legitur: *Ex quo Mars ultor galeam quoque perdidit et res Non potuit servare suas* (v. 261) damni accepti notio in vocibus *galeam quoque* satis aperte inest, sed quid præter galeam perdiderit, non commemoratur (neque nobis aliunde notum est). In eadem satira, quæ fere omnia huius loquendi usus exempla continet, ubi de avaro homine hæc dicuntur (v. 126): *Servorum ventres modio castigat iniquo Ipse quoque esuriens* servorum esurientium commemoratio ipsis verbis implicite continetur, et in sat. X v. 31: *Mirandum est, unde ille oculis suffecerit humor* commemoratio prægressa humoris in vocibus v. 30 *Flebat contrarius alter* inest, sed ubi de schoenobate hi versus leguntur (XIV, 272): *Hic tamen ancipite figens vestigia planta Victum illa mercede parat, brumamque famemque illa reste cavet*, voces *illa mercede* pro illius rei mercede dicuntur, et voces *illa reste* v. 266 *Rectum descendere funem* definit. Multa exempla usus pronominis, quod est *idem*, præbet. In satira XIV de filia, q[illegible] infamis matris exemplo ad vitia fertur, sic scriptum e[illegible] (v. 29) *Ceras nunc hac dictante* (matre) *pusillas implet et ad [illegible] chos dat iisdem ferre cinœdis*; ubi in eadem satira filius pa[illegible] exemplo ad aleam præceps ferri dicitur, hæc scripta s[illegible] (v. 4): *Si damnosa senem juvat alea, ludit et heres Bullatus, p[illegible] veque eadem movit arma fritillo* cfr. XIV, 8 *Boletum condire eodem jure natantes Mergere ficedulas didicit*, XI, 71 *Corbibus isd[illegible]* VII, 153 *Versibus isdem*, X, 173 *Classibus isdem*. Ante adj[illegible] tiva correlativa *qualis* et *quantus* voces *talis* et *tantus* fe[illegible] *semper* omittuntur: XIII, 31, 110, IX, 115, XIV, 238, X, 1[illegible]

usus modo unum exemplum apud Juvenalem ex-
[, 17 *Quum furem nemo timeret Caulibus et*
aperto viveret horto), ex præcedentibus verbis
upuit?) illa notio, quam hæ voces involute expri-
emo stupet), non tam elicienda quam repetenda
n satira septima, ubi discipulus rhetori mercedem
se soluturum esse negans hoc dicit (v. 158): *Mer-*
ppellas? Quid enim scio? in quo loco ellipsis
icitur, particula *enim*, quæ et affirmationem et
ignificationem continet, caussam, cur discipulus, ne
m solvat, recuset, recusationi, quæ in præcedenti
tione inest, adjungit. Interdum autem poeta hac
non solum prægressam rei alicuius commemora-
ertius definit, sed ea quoque, quæ dicturus est,
rius superioribus adjungit. Sic in satira sexta, ubi
hi versus leguntur: *Prima peregrinos obscoena*
mores Intulit, et turpi fregerunt secula luxu
molles. Quid enim Venus ebria curat? et verba
odis explicantur, sententia loci hæc est: »pecu-
ivitiæ mores peregrinos atque luxum turpem in-
; Venus enim atque Bacchus eas sequuntur (sic
obscoena, divitiæ molles fiunt), et quid curant
ina conjuncta«? In eadem satira poeta, postquam
superbientem poenasque inde ortas commemoravit,
hos versus addit:

tanti gravitas, quæ forma, ut se tibi semper
et? *Huius enim rari summique voluptas*
boni, quoties animo corrupta superbo
aloes quam mellis habet. Quis deditus autem
adeo est, ut non illam, quam laudibus effert,
at inque diem septenis oderit horis.

s, quem recentiores sequuntur, verba, quæ sunt
nti gravitas, quæ forma, ut se *tibi* semper Im-
ic enarrat: gravitas uxoris (h. e. auctoritas, quam

debet splendori natalium et morum honestati, qualis Corneliæ fuit) vel forma non tanti est facienda, ut propterea feras superbiam ei admixtam, qua inflata perpetuo tibi se suamque nobilitatem et formam imputet, jactet, exprobretque, quantum illi debeas.« Hoc boni Rupertius habet, quod sententiam loci, non verba, recte enarrans neque, quam enarrationem alii interpretes proferunt, Nioben subjectum verbi *imputet* esse, neque pronomen *tibi* Pæanem significare censet, sed voces *imputare se alicui* pro *se alicui jactare* dici non possunt. Verbum enim imputandi apud Juvenalem, ut apud ceteros argenteæ ætatis scriptores, partim data in tabulas expensi acceptique referre (cfr. V, 14 *Imputat hunc* (cibum) *rex*), partim idem atque assignare, ascribere significat (cfr. II, 17 *Hunc ego fatis Imputo, qui vultu morbum incessuque fatetur*), quamobrem vetera scholia hæc dicentia: »Nulla boni: id est, huius boni rara est voluptas aut nulla, quotiens vitiato animo semper se præferat tibi,« *præferre se alicui* huic locutioni contrarium recte ponunt. Subjectum verbi sententiæ particulæ *ut* subjectæ (*ut se tibi semper Imputet*) omnibus locis, quibus nullum subjectum ponitur, est is, cui res aliqua tantum pretium habere dicitur, ut propter eam hoc et hoc faciat vel fieri patiatur. Difficultas huius loci in pronomine *tibi* inest. Poeta enim arrogantis feminæ descriptionem ab hoc versu incipit (161) *Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur*? ubi *tibi* in ficta interrogatione (cfr. v. 136 *Optima sed quare Censennia teste marito?* et sic poeta in initio satiræ novi vitii descriptionem ab interrogatione fere ubique incipit cfr. v. 60, 114, 286) ad poetam referendum est, deinde idem pronomen ponens Corneliam (v. 167) et Pæanem (v. 172) alloquitur, contumacisque feminæ mentionem absolvens versum ponit, quem tractamus: *Quæ tanti gravitas, quæ forma, ut se tibi semper Imputet;* in versu denique 192 vetulam per idem *pronomen* allocutus orationem ad Postumum sic convertit:

egitimis pactam . . . Non es amaturus. Nostro
a sine dubio Niobes exemplo posito ad uxorem ora-
onvertit, et verba sic enarranda sunt: *nulla gra-
que forma marito tanti est, ut propter eam se
utet* (= tuam contumaciam atque superbiam ferat),
84 *Quædam parva quidem sed non toleranda*
Poeta autem a Niobe gravitatis atque formæ
ı petit, et substantivum *gravitatem* ponens vix,
;o intelligunt, de Corneliæ (v. 167) splendore natalium
Niobe fertilitate (*grege natorum* v. 175) atque
ın minus quam generis origine superba erat, et
atque forma bonum illud est, quod *summum ra-*
(v. 179) vocatur, quamobrem *gravitas* ex huius
quendi usu (cfr. Ovid. Metam. IX, 287 *Tendebat
uterum mihi*) de fertilitate dicitur. *Voluptas*
on est voluptas mulieris sed viri, et quamquam
m aliquam plus aloes quam mellis habere a poeta
e non negaverim, tamen nullam esse voluptatem
, quoties hæc voluptas (quæ igitur adest) animo
:orrupta sit, dure dicitur. Quum enim, hoc, nul-
rei voluptatem, posito, condicio, sub qua, vel
ır illa res voluptate careat, addenda est, non de
, quæ nulla esse jam dicta est, corrupta sed de
ta dicendum est, et poeta hoc loco nullam summi
ıvitatis ac formæ uxoris) voluptatem viro esse
ıoties hoc summum bonum uxoris animo superbo
ı sit, sed participium *corrupta* (scil. uxor, quod
m etiam pronomine sequenti *illam* v. 162 defini-
ens eam, in qua summum bonum inest, et
ıtioni caussa boni corrupti (animus superbus)
t, substituit. Neque hoc offendere debet, nam in
a, quæ feminarum vitia perstringit, poeta crebro,
i subjectum subito, nulla significatione facta, mu-
bstantivum, quod est *femina*, uxor, omittit, et

femininum adjectivi vel participii genus pro substantivo ponit (cfr. v. 200. 497).

Ex eadem satira locum, ubi in particulæ *nam* usu similis orationis brevitas inest, subjungam. Ubi poeta mulierem de Homero et Virgilio disputantem omnesque causidicos, immo omnes alias feminas loquendo vincentem commemorat, hi versus leguntur (a v. 442):

Jam nemo tubas, nemo æra fatigat;
Una laboranti poterit succurrere lunæ.
Imponit finem sapiens et rebus honestis.
Nam quæ docta nimis cupit et facunda videri
Crure tenus medio tunicas succingere debet,
Cædere Silvano porcum, quadrante lavari.
Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes,
Sed quædam ex libris et non intelligat.

Quot interpretes tot enarrationes versuum, qui sunt: *Imponit finem sapiens et rebus honestis. Nam quæ sqq.* Vetus scholiastes eos sic enarrat: »Imponit finem sapiens etiam honestis rebus. adde quod et turpibus. Alii dicunt, etiam philosophiam tractat. Nam doctæ mulieres eloquentes quoque judicari volunt.« Britannicus: »Imponit finem sapiens: id est etiam præter judicium, quod habet de poetis, præcipit modum et finem rebus honestis, id est, docet ipsa sapiens, quid sit honestum, quid sit utile, quid pulchrum. Alii: mulier, quæ sapiens videri cupit, instituit sectam, et finem certum rebus honestis assignat, ad quem omnia dicta et facta tamquam ad scopum dirigat«. Sic fere interpretes aut ex scholiastæ verbis »etiam philosophiam tractat« enarrationem instituunt et feminas animum liberali doctrina excolentes laude afficientes multa, quæ neque nexum explicent, neque ad rem attineant, loquuntur *aut alii alia* via loco mederi conantur. Heinrichius Ru

ıccusans versum *Imponit finem sapiens et rebus* quomodocunque torqueatur et vexetur, exitum ɛgat; quum *imponere finem pugnæ, vitæ, labori* m atque finire pugnam, vitam, laborem significare *ebus honestis finem imponere* (= res honestas gantis esse concludit, versum ex Horatii verbis: *s in rebus, sunt certi denique fines* a monacho l hunc locum accommodatum esse contendit eumque quoniam versus subsequentes eo deleto sustentari eos, qui sunt versus 445—447, loco movet atque 56 transponit. Versus autem, quo loco ille vult, non debent, nam et doctæ mulieris descriptio ver- sunt *Soloecismum liceat fecisse marito*, apte t particula *nam* huic versuum ordini repugnat. ui spurius judicatur, neque exterioribus ullis in- ditur, neque a Juvenalis loquendi usu abhorret, e rebus honestis finem, id est modum, imponit, ım honestum vel occupationem honestam honestis inibus circumscribit, sed in particula, quæ est icultas latet. In satira autem decima similis locus Jbi enim poeta miseram tremuli senis vitam de- a v. 203 hæc subjungit:

eadem vini atque cibi torpente palato
dia; nam coitus jam longa oblivio

æ sunt *longa oblivio*, vocibus *eadem Gaudia* con- ıni, et poetam brevitate orationis quadam usum e apparet. Dicit enim, non eadem esse gaudia vini; de coitu se iisdem verbis uti non posse, ıs jam longam esse oblivionem, ita ut nulla com- nter præteriti atque præsentis temporis gaudia a constitui possit. Hoc loco, quem tractamus, do voces, quæ sunt *nimis docta*, voci senten- ressæ, quæ est *sapiens*, contrariæ ponuntur, et *nili orationis* brevitate usus est: sapiens finem

etiam honestis rebus imponit, quod idem docta mulier facere debet neque doctrinæ laudem parare nimis studere, nam quæ *nimis docta* videri cupit, personam mulieris exuit. Poeta certe vocibus: *imponit finem sapiens et rebus honestis* nullam philosophicæ rerum honestarum divisionis neque tractationis significationem subjecit, neque versus ejici potest, nam inter res honestas, quibus etiam mulieres operam dare possint, studium doctrinæ ponit, modo honestis finibus hoc studium circumscribant et quædam ex libris ne intelligant (v. 451). Vox *sapiens*, quæ *nimis doctæ* opponitur, non pro substantivo (= vir sapiens) posita est, sed et ad *una* (v. 443) et ad *sapiens* substantivum, quod est *femina*, in hac satira sine ulla difficultate audiri potest, et *sapiens* apud poetas simili modo passim ponitur (cfr. Hor. Sat. II, 4, 44 *Fecundæ leporis sapiens sectabitur armos*; num H. hic de sapiente cogitavit). Non nego, etiam si *sapiens* de viro sapiente dictum esse putetur, eadem via eandem sententiam effici posse: vir sapiens finem etiam honestis rebus imponit, quod idem sapiens mulier facere debet, nam quæ sqq., sed priorem enarrationem præferendam esse crediderim. Huius particulæ *nam* usus imprimis Sallustius multa exempla præbet. Sic, ut unum excerpam, auctor, postquam in bell. Jug. cap. 19 Africæ urbes commemoravit, Carthaginem transiens hoc dicit: *nam de Carthagine silere melius puto quam parum dicere* (= Carthaginem non commemorabo, nam sqq.). Nimis multis apud Juvenalem locis (de recentioribus quibusdam Juvenalis editoribus, qui non modo fere quartam totius poetæ operis partem ut spuriam removent, sed ordinem quoque versuum mire turbant, nihil mihi dicendum esse videtur, ita sine ulla ratione poetam mutilant) interpretes ordinem versuum immutare videntur. Ubi re vera turbati aliquid insit, quod aut junctura grammatice explicari nequeat, aut oratio non decurrat, et transpositione versuum omnia in ordinem redigi possint, transpositionem

dhibendam quam ad loco conjecturæ ope medendum
ıdum esse Madvigius docet, sed pauci sunt tales
præter eos, quos regulæ auctor emendavit, modo
sspositione sanandi esse videntur, quos, de ellipsi
ında erant jam expositis, hic adjungere placet.
satira sexta, quo loco mulierum Romanarum
ones et vatum consulendorum cupiditas accusantur,
ostquam mulierem ne levissimam quidem rem ephe-
s non consultis agentem commemorávit, a v. 582
ıs addit:

nediocris erit, spatium lustrabit utrinque
arum et sortes ducet frontemque manumque
bebit vati crebrum poppysma roganti.
itibus responsa dabunt Phryx augur et Indus
ductus, dabit astrorum mundique peritus
ue aliquis senior, qui publica fulgura condit:
eium in Circo positum est et in aggere fatum.
nudis longum ostendit cervicibus aurum,
sulit ante phalas delphinorumque columnas,
saga vendenti nubat caupone relicto.
tamen et partus subeunt discrimen et omnes
ricis tolerant fortuna urgente labores;
jacet aurato vix ulla puerpera lecto.

Heinrichius locum edit; Hermannus in v. 585 post
mmate incidit et participium, quod est *Conduc-*
is subsequentibus adjungit, alii pro *dabunt* (sic
thoeanus) scribunt *dabit*, alii pro *Indus inde.*
vum autem, quod est *augur*, eo loco inter duo
(*Phryx* et *Indus*) interpositum est, ut utrumque
secundum Juvenalis verborum distribuendorum
ei adhæreat, et participium *Conductus* eidem
o adjunctum est, quamobrem legendum est:
responsa dabit Phryx augur et Indus Con-
dabit sqq. Omnes fere interpretes aliquid tur-

bati in his versibus inesse viderunt, et multis modis locum emendare conati sunt. Rupertius versus 587—588 »ne poeta ad plebeias mulieres redeat et eadem fere repetat« post v. 581 interserit; Heinrichius nihil mutandum esse dicens poetam versus paullo implicatius distribuisse concedit. Quid turbati insit, videamus. Poeta, postquam *medioerem* feminam in *circo*, *divites* feminas domi consulere dixit, mire *plebeias* feminas in eodem *circo* consulere addit, et *divitem* cauponam in *circo* consulentem inducit, quo ordine servato, quia altera feminarum in circo consulentium commemoratio *plebeium in circo fatum* (v. 588) non solum *divitum* domesticis consultationibus (v. 585) sed *mediocris* quoque feminæ in eodem circo consultationi (v. 582) contrarium ponit, versus modo sic enarrari possunt, ut statuamus, *mediocrem* feminam v. 582 et *divites* feminas v. 588, quæ *plebeiis* contrariæ ponantur, nobiles esse feminas, quarum illa, quia conducti Phryges et Indi magno steterint, in circo, hæ domi consuluerint. Sed nobilem poppysmatis pretio in circo consuluisse, poeta vix dixit, neque sic quæ turbata sunt in ordinem rediguntur. Dellenius aliam enarrandi viam ingressus *mediocres* non esse minus divites vel, quod scholiastes velit, pauperes feminas sed mulieres, quæ astrologiam coelique rationes mediocriter cognitas habeant, demonstrare mire conatur. Hæc verborum enarratio accipi non potest, nam adjectivum, quod est *mediocris*, sine ullo additamento positum idem significat, atque in satiræ quintæ v. 108 (*Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis a Seneca*) adjectivum *modicus*, et in sat. XI v. 177, ubi poeta pytisma divitum deridet, *mediocres* divitibus contrarii ponuntur: *Namque ibi* (apud divites) *fortunæ veniam damus: alea turpis, Turpe et adulterium mediocribus.* Mediocres sunt igitur pauperes et hoc loco pauperes ex plebe. Rupertius versus 585—587 ante versum 582 transponens nihil profecit, nam sic quoque mediocris femina plebeio fatodo opnitur, si quartum assump-

ersum, eum plus profecturum fuisse crediderim. ta versus 582—584 post versum 591 scripsit; sic oratio optime decurrit, et caussa, cur illi versus loco t, perspici potest, nam mediocres divitibus opponi, ı, quæ sunt *Quæ nudis longum ostendit cervicium* (v. 589), prostibulum in caupona quæstum faciens re putabantur, quam enarrationem verba sequentia fellunt. Alia et gravior caussa subest, cur versus ibui debeant. Poeta enim, postquam verba: *Plebeium positum est et in aggere fatum* dixit, modo unum um genus (*Quæ nudis longum* sqq.) adjungit et na utitur, cui ex eius loquendi usu alterum ex- ı adjungi solet, deinde, quamquam modo copam noravit, orationem sic continuat: *Hæ tamen tus subeunt discrimen*, ubi subitus a singu- pluralem numerum transitus insolentior est. Al- igitur plebeiarum genus desideratur, et ob di- lebeiæ commemorationem pauperis commemoratio ıtur, quam versus: *Si mediocris erit sqq.* (quæ vocibus *Quæ nudis longum ostendit cervicibus* apte opponuntur) continere videntur, et utrum- nus singulari numero elatum *divitibus* nobilibus onsulentibus contrarium ponitur. Poeta sic, post- eminas nobiles (pauperiores, credo) ephemeridas con- dixit, primum divites nobiles peregrinos augures onsulentes commemorat, deinde *plebeium fatum in ositum esse* addens (ante quæ verba puncto inci- ı est), quia variis in circo locis feminæ ex plebe re solebant, *divitem* plebeiam ante phalas coram s, *mediocrem* occultius consulentem inducit. Ora- denique sic continuat: *Hæ tamen et partus sub- scrimen sqq.*, quæ verba plebeias feminas (et divites iocres) divitibus nobilibus contrarias ponunt (*Sed jacet ; vix ulla puerpera lecto*). Orationem sic decur- : *cohærentiæ* sermonis satisfieri concedendum esse

puto. At qua re dives plebeia notatur? Longi auri commemoratione. Hic ingeniosæ Madvigii conjecturæ, quæ pro *aurum* (v. 589) substituit *armum*, obsequi non possum. Madvigius enim, quia mulier de volgo divitibus opponatur, longi auri significationem alienissimam esse dicit, sed ordine versuum mutato et distributione, quam proposuimus, substituta, mulier de volgo dives in circo consulens mulieri de nobilitate diviti domi consulenti opponitur, et caussa, qua commotus Madvigius locum conjectura emendavit, tollitur. Madvigius etiam de ipsa *longi auri* appellatione dubitat, sed adjuncta nudarum cervicum commemoratione poeta certe non insolentius hoc loco locutus est quam in satiræ decimæ v. 26: *Et lato Sctinum ardebit in auro*, ubi adjuncta vini commemoratione *latum aurum* pro lato poculo aureo dixit. Non solum ditissimas de plebe feminas verum etiam uxores virorum fertiliore quæstu vitam sustentantium aureos torques gestare solitas esse constat. Huc accedit, quod ex Juvenalis verborum distribuendorum ratione, quia duo adjectiva præcedunt, et substantiva eodem ordine sequuntur, longum aurum in nudis cervicibus ostenditur (II, 41 *Hirsuto spirant opobalsama collo*; III, 68 *Ceromatico fert niceteria collo*, VIII, 208 *Longo jactetur spira galero*), quæ notio aptissima est, et, si pro *aurum* substituitur *armum*, quum armus in nudis cervicibus ostendi dici non possit, ablativum verbo ostendendi adjunctum armum ex cervicibus exstantem significare necesse est, quod durius dici videtur.

In satira XI poeta miseram decoctorum senectutem exponens a v. 38 hos versus scripsit:

Quis enim te deficiente crumena
Et crescente gula manet exitus, ære paterno
Ac rebus mersis in ventrem fenoris atque
Argenti gravis et pecorum agrorumque capacem?
Talibus a dominis post cuncta novissimus exit

nulus et digito mendicat Pollio nudo.
a præmaturi cineres, nec funus acerbum
curiæ, sed morte magis metuenda senectus.
plerumque gradus:

is versibus enarrandis Rupertius, quem recentiores
r, veteris scholiastæ explicationem »non præmaturi,
on magis metuenda mors in juventa luxuriantibus
nectus« sequens hæc dicit: »Mors præmatura et
inus metuenda est luxuriæ h. e. luxuriosis homi-
uam senectus et morbis et fame laborans, quæ
na est helluonum et helluationis poena; nisi sensus
rs in infantia vel in juventute luxuriosis minus
a est, quam senectus. Nam mors infantium dice-
erba, juvenum immatura et senum naturalis.«
l omnes veteres autores mors præmatura atque
luxuriosis metuenda esse dicitur (cfr. I, 144
bitæ mortes), et quid hoc sibi vult: »mors non
a est sed morte magis senectus«, ubi talis compa-
stituitur, ut alterum negetur, alterum ei, quod
præferendum esse dicatur? Poeta certe non negat,
ram atque acerbam mortem luxuriosis metuendam
talibus hominibus, quos opibus omnibus consump-
is senectus maneat, non præmaturam mortem
ctutem metuendam esse dicit. Substantivum, quod
riæ, non dativo sed genetivo casu positum est.
c enim interrogat: Quis te omnibus rebus tuis in
mersis manet exitus? et respondet: Non præmaturi
cineres neque funus eius acerbum sed senectus, quæ
iam mors metuenda est. Versus duo, qui inter in-
onem et responsum interpositi sunt, cohærentiam
obscuraverunt, sed quum nusquam apud Juvena-
s parenthesis inter interrogationem et responsum
tur (cfr. X, 110, 159), neque usquam, ubi talis
tio præcedit, responsum desideretur, quumque versus

interjecti multo aptius responso postponantur, et voces: *Hi plerumque gradus* eos certius definiant, transponendos esse censeo.

Tertius locus in satira sexta legitur, quo loco poeta mulierem inconstantem maritosque sæpius permutantem a v. 224 sic commemorat:

Imperat ergo viro, sed mox hæc regna relinquit
Permutatque domos et flammea conterit, inde
Advolat et spreti repetit vestigia lecti.
Ornatas paullo ante fores, pendentia linquit
Vela domus et adhuc virides in limine ramos.

Poeta dicit, uxorem paullo post nuptias maritum relinquere, domos permutare, flammea conterere, ad primum maritum, qui iterum nuptias solemnes cum ea celebret, reverti, deinde mox eum iterum relinquere. Alteræ cum primo viro nuptiæ, quæ ornatis foribus, pendentibus velis, viridibus ramis aperte notantur, dubitationem non parvam movent, et hi versus cum verbis *sed mox* (voces *paullo ante* vocabulum *mox* definiunt) *hæc regna relinquit* tam arcte cohærent, ut vix dubitari possit, quin versus 225—226 (qui in nonnullis codicibus desunt, quamobrem de positu eorum jure ambigi potest) post versum 228 transponendi sint, et poeta sic scripserit:

Imperat ergo viro sed mox hæc regna relinquit,
Ornatas paullo ante fores, pendentia linquit
Vela domus et adhuc virides in limine ramos,
Permutatque domos et flammea conterit, inde
Advolat et spreti repetit vestigia lecti.

qua versuum distributione substituta uxor semel domum viri relinquere atque post varias nuptias primum matrimonium repetere dicitur, et molesta alterarum cum primo viro nuptiarum celebri festo actarum commemoratio tollitur. Oratio *decurrit*, et junctura versuum ei juncturæ, quæ apud Juvenalem

est, respondet. Versus primi in eandem vocem exoffendere non debent (cfr. enim I, 87—88, VI, 7, III, 166—167, VII, 143—44, XIII, 33—34) ortasse mutatæ distributionis caussa repeti potest. is codicibus pro *advolat* legitur *avolat*, quæ scripprægresso adverbio *inde*, quod tempus non locum orta esse videtur. Sic etiam particula, quæ est iæ et fontis et loci et temporis significationem apud em complectitur, in huius satiræ v. 294 non paucos tes in errorem induxit. Ubi enim poeta divitias luxuriæ vitia Romam attulisse docet, hi versus :

llum crimen abest facinusque libidinis, ex quo
upertas R mana perit. Hinc fluxit ad istos
Sybaris colles, hinc et Rhodos et Miletos
que coronatum et petulans madidumque Tarentum.

) Jahnius pro *istos* scribit *Indos*, et codices inter *Histros*, *histos*, *hystros*, *instros*, *indos*, *istos* Haunienses *histros* habent) mire fluctuant. Etiam hius *istos* a Juvenalis loquendi usu alienum esse it, sed in satira XIV a v. 79 hi versus scripti sunt:

vite contenti casulis et collibus istis
pueri, Marsus dicebat et Hernicus olim

o verba, quæ sunt *isti colles*, de septem Romæ eodem modo dicuntur (cfr. III, 29 *Cedamus paivant Arturius istic et Catulus*). Particulæ *hinc* is significationem subjiciendam esse patet.

De interrogandi forma.

In simplici interrogatione Juvenalis particulam interrogativam multo sæpius omittit quam eam ponit, et quamquam verba ita plerumque distribuit, ut interrogatio ex ipsis verbis et ordine vel ex tempore atque modo vel ex cohærentia sermonis definiatur, tamen ea orationis forma interdum utitur, ut, utrum interroget an non, ambigi possit, et codices nonnullis locis inter præsens et futurum tempus ita fluctuant, ut res difficilius dijudicetur. Talem locum jam commemoravimus (IV, 130); hic locum, qui argumento esse possit, subjungam. In satira sexta poeta caussam, qua motus satiram scribit, his verbis exponit (128): *Certe sanus eras. Uxorem, Postume, ducis?* quo loco non pauci codices pro *ducis* habent *duces*. Poeta non a Postumo quærit, utrum re vera uxorem ducere cogitet, an nondum consilium inierit, sed eum ducturum esse statuens, quod ex sequentibus verbis: *Dic, qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?* satis elucet, eum mulierum pravis moribus atque effrenatis libidinibus describendis a nuptiis deterrere incipit. Verba admirantis igitur magis quam interrogantis sunt, et poeta in concitata oratione, ubi ex aliquo, tanquam præsens sit, aliquid quærit, id, quod interrogationis loco est, esse fingit. Præsens tempus aptius videtur, et pro signo interrogationis signum exclamationis substituendum est. In satira quinta, ubi servus clientem, *qui panem* domino sepositum capere ausus est, increpans

v. 74). *Vis tu consuetis, audax conviva, ca-Impleri*, quo loco scriptura nonnullorum codicum in editiones aliquot irrepsit, particula non omissa n *vis tu* orantis vel flagitantis est, *vin tu*, ut ım, admirantis et improbantis. Ubi Juvenalis xclamationem indignantis vel improbantis per inter-em promit, aut particulam *ne* pronomini *tu* in initio posito suffigens cum contemptu interrogat 1: *Tune etiam, quam sextus et octogesimus ?ulsat, adhuc Græce?*) vel admirationem a scelere refu- exprimit (VI, 642 *Tune duos una, sævissima coena?*), aut particula interrogativa omissa futurum ponit: II, 21 *Ego te ceventem Sexte verebor? Me prior ille Signabit*, vel, quod rarius est, per vi futurum exactum ita interrogat, ut huic futuro ıtio futuri præteritæ actionis eventus subjiciatur: *mpune ergo mihi recitaverit ille togatas*, *Hic Jmpune diem consumpserit ingens Telephus* rg. Aen. IX, 785 *Unus homo tantas strages im-diderit*, sed Ovid. Metam. VIII 493 *Ergo impune* in Aen. II v. 481 utraque interrogandi forma con-invenitur: *Scilicet hæc aspiciet..? Occiderit ferro us?).* Ab Horatii [1]) autem indignationis exprimendæ

·atius aut sententiam per conjunctivum elatam particulis *utne* subjicit: Fpist I, 18, 16 *Ut non sit mihi prima fides*; . II 5. 18 *Utne tegam spurco Damœ latus*, aut accusativum n infinitivo, particula *ne* adjuncta vel omissa, ponit: od. 8. 1 *Rogare longo putidam te seculo*; Sat. I, 9, 72 *Huncine n tam nigrum surrexe mihi.* Virgilius posteriorem formam n priorem) ita ponit, ut *ne* subjecto affigat: Aen. I. 37 *ne incepto desistere victam* cfr. I, 97 (vel *ne* adjuncto finitum apus ponit: I, 48 *Pallasne exurere classem Argivum atque os potuit submergere ponto*); Ovidius a particula *an* vel *ergo* em interrogationem incipere amat: Met. VII, 485 *An felix ens nato victore fruetur.*

formis Juvenalis abstinet. Interrogationem irridentem particulæ, quæ sunt *anne*, *an*, plerumque inducunt. Sic particula *anne*, quæ apud Juvenalem in altero interrogationis disjunctivæ membro nunquam ponitur, ubi nulla interrogatio præcedit, ter (IV, 78 *Anne aliud tunc præfecti*? VII, 179 *Balnea sexcentis et pluris porticus, in qua Gestetur dominus, quoties pluit. Anne serenum Exspectet*? X, 207 *Anne aliquid sperare potest hæc ingvinis ægri Canities*) et simplici interrogatione præcedente bis (VII, 199 *Ventidius quid enim, quid Tullius*? *Anne aliud quam sidus* cfr. XV, 120—122) talem interrogationem inducit, qua prava atque perversa res acerbe irrideatur; quæ omnia exempla — modo his locis Juvenalis particula *anne* usus est — ea de caussa protuli, quia iis collatis facile apparebit, formam ex brevitate orationis ortam esse, et duo membra in unum coaluisse, vel potius posterius poni, prius reticeri. Particula *an*, cui in simili irrisione interrogatio simplex subjicitur (VI, 75 *Hispulla tragoedo Gaudet. An exspectas, ut Quinctilianus ametur*? XIII, 153 *Bracteolam de Castore ducat. An dubitet solitus totum conflare tonantem*?), et quæ in interrogatione pendenti post verba quærendi, rogandi, consulendi sæpius ponitur (II, 76, VI, 387, XV, 89, XIII, 203 — VI, 591, 567), in satira septima geminata ita posita invenitur, ut duæ sententiæ pendentes ei subjunctæ sint: v. 162 *Quidquid id est, de quo deliberat, an petat urbem A Cannis, an post nimbos et fulmina cautus Circumagat madidas a tempestate cohortes*; quamquam enim sententia disjunctiva apud poetas per *an-an* interdum effertur, quod loquendi genus apud Juvenalem non invenitur, hoc loco, quia quinque anni inter duas Hannibalis deliberationes interjecti sunt, nulla talis sententia verbo *deliberat* addita esse potest cfr. VII, 141 *Respicit hoc primum, qui litigat, an tibi servi Octo, decem comites, an post te sella, togati Ante pedes.*

ticula, quæ est *utrum*, apud Juvenalem non in- et in interrogatione disjunctiva prius membrum ticula poni solet (cfr. XIII a v. 15, II, 121, VI, 3, XI, 35; in sat. autem VI v. 61 particula *ne* priori adjuncta est). Duobus locis codices in particula terrogationis disjunctivæ pendentis membri dissen- In satira enim quarta, ubi a. v. 140 hæc scripta

Cirrœis nata forent an
Lucrinum ad saxum Rutupinove edita fundo
Ostrea, callebat primo deprendere morsu

tupinove multi boni codices *Rutupinoque* habent Pithoeanus *Rutupinove)*, et in satira XI, quo loco *νῶθι σεαυτόν* commendat, et hi versus leguntur):

Te consule, dic tibi, quis sis,
ator vehemens, an Curtius et Matho buccæ.
scenda est mensura sui spectandaque rebus
summis minimisque, etiam quum piscis emetur;
c mullum cupias, quum sit tibi gobio tantum
loculis.

codices *an Matho* habent (codex Pithoeanus *et* . Alii hos versus sic distingvunt: *an Curtius an atho . (?) Buccæ Noscenda est mensura suæ*, tio, quam non pauci codices defendunt, ex signi- e vocabuli *buccæ* parum perspecta orta esse videtur præferri debet. Non enim buccæ mensuram piscem emit, sed loculorum mensuram explorandam ersus, qui sequuntur, satis declarant. Pro *Nec mul- upias* Hermannus *Ne mullum cupias* scribit; sic sententia non præcipientis est et superioribus adjun- est, sed eam præcipientis esse, idem Hermannus gra- *igno post emetur* incidens recte intellexit. Scrip-

tura codicis Pithoeani *et*, quum re vera duo tantum membra ponantur (*orator* an *bucca*), et poeta nomina personarum etiam negatione vel particula disjunctiva præcedente copulative jungere soleat, præferenda certe est, et conferri possunt loci, qui sunt: VI, 77 *De qua citharoedus Echion Aut Glaphyrus fiat pater Ambrosiusque choraules*, X, 99—101 *Prætextam sumere mavis, An Fidenarum Gabiorumque esse potestas Et de mensura jus dicere, vasa minora Frangere pannosus vacuis ædilis Ulubris*, ubi oratio simili modo bipertita, non tripertita est. Priorem locum similem loquendi formam præbere crediderim; quamquam enim poetæ pro *aŋ* in tertio membro *ve* interdum ponunt, Juvenalis sic nusquam dixit, et particula *ve* perraro utitur. Ea enim particula modo in interrogatione bipertita, et ubi condicio præcedit, poni solet. In exemplo, quod jam commemoravimus (VII, 180): *Anne serenum Exspectet spargatque luto jumenta recenti*, omnes codices *spargatque* habent, pro quo Rupertius *spargatve* legendum esse censet, quæ conjectura in editiones nonnullas recentiores se insinuavit, sed dominus porticum amplam ædificat, ut ibi, quum pluat, gestetur, et poeta interrogationem adjungit, non ut quærat, utrum serenum exspectandum sit, an, dum pluat, jumenta recenti luto spargenda sint, verum hoc irridens quærit, utrum melius sit porticum pretiosam ædificare et ibi per imbrem gestari an serenum expectare et jumenta post imbrem luto recenti spargere. In satiræ autem quintæ v. 128 *Quando propinat Virro tibi sumitque tuis contacta labellis Pocula* præter paucos codices codex Pithoeanus *sumitve* habet. Hic nihil affirmare ausim. Restant hi loci, quibus codices dissentiunt: VI, 12 *Homines qui rupto robore nati Compositique (ve) luto nullos habuere parentes;* XIV, 293 *Solvite funem, Frumenti dominus clamat piperisque coempti* (codex Pithoeanus *piperisve coempti* habet, alii *piperisque coempti* vel piperisque coemptor vel *piperisve*

r); VII, 59 *Neque enim cantare sub antro Pierio ique (ve) potest contingere*, de quibus hoc tantum meo de Juvenalis loquendi usu judicio particulam lto magis placere.

)nominibus interrogativis, quæ sunt *uter*, *neuter*, is usus non est, et pro iis pronomen *quis* ubique est: VIII, 195 *Finge tamen gladios inde atque ulpita poni? Quid satius?* X, 338 *Quid placic; Ni parere velis, pereundum est ante lucernas, us admittas, dabitur mora parvula.* Nominativi nis interrogativi forma, quæ est *qui*, apud Juvenalem codicum dissensione in interrogatione pendenti semel invenitur (VI, 571): *Qui mensis damnis, quæ tempora lucro*; in sat. XI v. 93 *Te consule, dic is* (*qui*) *sis*, codices dissentiunt, omnibus reliquis t in interrogationibus directis et in pendentibus gitur. De usu apud poetas formarum, quæ sunt ; *qui*, quia codices scripturam crebro variant, dis-, et variæ opiniones feruntur, quæ e subtilibus (de s variis, de membro adjuncto, de substantivi adjecti , de verbo omisso, de sententiæ mensura, de rebus expediendam plerumque inutilibus) quæstionibus n partem profectæ sunt. In interrogatione simplici, bstantivum adjungitur, sive pronomen nudum ponima, quæ est *quis*, a poetis ubique adhiberi videtur, interrogatione pendenti alii, ut Horatius et Persius , *quis* ponunt, alii, ut Virgilius et Ovidius, formam, t *qui*, ita præferre videntur, ut tamen ante vocael ubi nomen solum personæ aut rei quæritur, ubit in arsi (imprimis primi versus pedis cfr. tamen Aen. IV, 294) interdum *quis* ponant. Juvenalis in sextæ v. 155: *Quis color et quod sit causæ genus .. volunt omnes* in interrogatione pendenti et in initio vers posuit, quumque loco, quem supra citavimus, excepto *ensis damnis, quæ dentur* tempora lucro) ut Ho-

ratius et Persius, hanc formam ubique ponat, nominativus *qui* posterioris loci offendit. Omnes autem codices in forma pronominis consentiunt, quamobrem pæne adducor ut credam, Juvenalem, quemadmodum in altero membro *tempora* scripserit, sic in priore non *mensis* (cur enim unus tantum mensis damnis datus esse dicitur) sed *menses* scripsisse. Quod si statui potest, satirarum scriptores *quis* ubique ponunt.

Interrogationes pendentes Juvenalis per indicativum, qui modus apud priores frequenter invenitur, non effert. Imperativo, qui est *dic*. interrogatio simplex subjici solet, et ubi legimus: VI. 29 *Dic, qua Tisiphone exagitare?*, XI, 54 *Dic, passer, cui tot montes. tot prædia servas?* XIV, 209 *Dic, quis te festinare jubet*, VI, 393 *Dic mihi nunc, quæso, dic, antiquissime divum, Respondesne his?* XIII, 34 *Dic, senior bulla dignissime, nescis, Quas habeat Veneres aliena pecunia?* eadem loquendi forma exstat atque hoc loco: VII, 106 *Dic igitur, quid causidicis civilia præstant Officia et magno comites in fasce libelli?* ubi Hermannus ex nonnullis codicibus *præstent* in textu posuit. Duobus certe locis interrogatio pendens eidem imperativo subjicitur: X, 338 *Quid placeat dic*; XI, 33 *Dic tibi, quis sis* (ubi loci ratio conjunctivum requirit), sed in satira octava, ubi a v. 56 hi versus leguntur (qui locus cum illo satiræ septimæ loco vulgo confertur): *Dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta Quis generosa putet nisi fortia* (nonnulli codices *putat* habent), interrogatio directa per conjunctivum elata, quod loquendi genus apud Juvenalem frequens est (cfr. VII, 147 *Quis bene dicentem Basilium ferat*, VIII, 14 *Cur gaudeat Allobrogicis Fabius* [1]), imperativo subjuncta

[1]) Multo tamen sæpius Juvenalis rem affirmans per conjunctivi futurum exactum dubitative interrogat: II, 24 *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes* cfr. X, 231, VIII, 30, XV, 104.

est. [1]) Eodem modo quo *dic* imperativum *ede* poni posse, Heinrichius dicit, quamobrem in satiræ tertiæ v. 73: *Ede quid illum esse putes* pro *putes* substitui posse *jubes* putat, et, ut indicativum defendat, hunc locum profert: III, 298 *Ede ubi consistas, in qua te quæro proseucha?* ubi mutationem modorum laudans utramque interrogationem eodem modo imperativo *ede* subjectam esse contendit; sed interrogatio directa interrogationi pendenti adjuncta est, quam loquendi formam etiam in satiræ sextæ v. 265 invenimus: *Dicite vos neptes Lepidi cæcique Metelli Gurgitis aut Fabii, quæ ludia sumpserit unquam Hos habitus? Quando ad palum gemit uxor Asyli?* ubi et Jahnius et Hermannus contra codicum auctoritatem *gemat* in textu ponunt. Juvenalis interrogandi modum variare amat cfr. IV, 102 *Quis enim jam non intelligat artes Patriçias? Quis priscum illud miratur acumen, Brute, tuum?* et ut in loco supra scripto perfectum et præsens tempus se excipiunt, eadem temporis mutatio sæpius invenitur cfr. XIII, 162 *Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? Cærula quis stupuit Germani lumina,* III, 160—161. Imperativo etiam, qui est *dicite*, apud poetas interrogatio directa crebro subjicitur: Pers. II, 69 *Dicite pontifices, in sancto quid facit aurum?* Virg. Aen. VI, 670 *Dicite, quæ regio Anchisen, quis habet locus?* Ovid. Metam. III, 632 *Qua, dicite nautæ, Huc ope perveni?* sed nusquam imperativo *ede*, cui et Horatius (qui eadem

[1]) Horatius voces *dic sodes* interrogationi directæ interserit: Epist. I, 1, 62 *Roscia, dic sodes, melior lex an puerorum est Nenia?*; I, 16, 31 *Respondesne tuo, dic sodes, nomine?* sed imperativum interrogationi pendenti præmittit: Sat. I, 1, 49 *Vel dic, quid referat,* qui idem est mos Ovidii: Met. VIII, 863 *Dic ubi sit*; I, 379 *Dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri Arte sit* cfr. locus supra citatus: *Qua, dicite nautæ, Huc ope perveni;* Juvenalis uno loco excepto imperativum interrogationi directæ præmittit.

significatione *da* vel *redde* sæpius ponit) et Ovidius interrogationem pendentem subjungunt (cfr. Hor. Sat II, 5, 61 *Quid tamen ista velit sibi fabula ede*; Ovid Met. III, 6 35: *Quos contingere portus Ede velis*), interrogatio directa subjuncta invenitur. Cum hoc usu imperativi *cedo* usus comparari potest: Ter. Heaut. II, 3, 91 *Cedo, quid faciam?* Ter. Andr. II, 3: 9 *Quid factum est, cedo;* Cic. Cato m. VI, 20 *Cedo, qui rempublicam vestram amisistis?*

De infinitivo, imperativo, participio.

In infinitivo ponendo Juvenalis a priorum poetarum loquendi usu ita discedit, ut pedestris orationis regulis fere semper obtemperet. Uno loco, qui in satiræ XIV v. 30 est: *Ad moechos dat* (ceras) *eisdem ferre cinædis*, infinitivus pro gerundivo verbo dandi adjunctus invenitur[1]), uno: IV, 110 *Sævior illo Pompeius tenui jugulos aperire susurro* comparativo adjectivi additur[2]), duobus denique, quamquam poeta adjectivis, quæ sunt *dignus*, *indignus*, sententiam relativam subjicere solet (cfr. IV, 95, 116), adjectivo *dignus* adjungitur[3]): VI, 50 *Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ*, VIII, 67 *Dignique molam versare Nepotis*, et quamquam priores poetæ adjectivis, quæ dexteritatem aliquam animi exprimunt[4]), infinitivum

---

[1]) Cfr. Pers. II, 29 *Stolidam præbet tibi vellere barbam Juppiter*; (modo hoc loco Persius sic dixit).

[2]) Comparativis infinitivus rarius additur, cfr. tamen Pers. III, 57 *Non quis callidior buxum torquere flagello*; VI, 76 *Ne sit præstantior alter Cappadocas rigida pingves plausisse catasta*; IV, 16; Virg. Aen. VI, 164 *Quo non præstantior alter Ære ciere viros.*

[3]) Apud Horatium tribus locis exceptis modo passivi infinitivus huic adjectivo additur cfr. sat. I, 3, 24, 4, 3, 25; 10, 72; A. P. 183, 283.

[4]) Talia sunt, ut a Persio exempla promam: *callidus*, *peritus*, *bonus*, *doctus*, *cautus*, *sollers*, *præstans*, *idoneus* cfr. I, 118, II, 34.

addere solent. Iuvenalis ab hoc loquendi genere ita abstinet, ut modo adjectivo, quod est *nescius* [1]), et iis adjectivis, quæ in prosa oratione infinitivum asciscere solent, eum addat. Adjectivis autem, quæ sunt *aptus*, *docilis*, *maturus*, *utilis*, dativum gerundivi adjungere amat: XIV, 62 *Utilis et bellorum et pacis rebus agendis* (cfr. Hor. A. P. 204 *Utilis aspirare*), XIV, 40 *Docilis imitandis turpibus* (Sil. XIII, 120 *Docili accedere)*, VI, 581 *Hora aptior capiendo cibo*, VIII, 169 *Maturus amnibus tuendis.* Infinitivus historicus, qui vocatur, apud Juvenalem non invenitur [2]), qui neque eum poetarum morem imitatur, quo infinitivus pronomine addito pro notione ponitur, quæ substantivo posito exprimi solet [3]). Neque apud Juv. neque apud Persium pro accusativo cum infinitivo, ubi subjectum sententiæ regentis et pendentis commune est, simplex infinitivus ponitur, neque subjectum sententiæ per accusativum cum infinitivo elatæ usquam omittitur [4]); quamquam denique apud priores infinitivus verbis nonnullis, in quibus inest vis alienæ actionis promovendæ, crebro additur, Juvenalis modo in sat. X v. 343 *Permittes numinibus expendere* dixit.

III, 51, IV, 16, V, 16, 20, 24, 37, VI, 24, 76, quibus adjectivis substantiva, quæ sunt *opifex* et *artifex*, adjungi possunt cfr. VI, 4; Pro. 11; apud Horatium sunt: *durus*, *piger*, *cautus*, *sævus*, *utilis*, *idoneus*, *callidus*, *doctus*, *pernix* cfr. Sat. I, 4, 8, 12; 6, 51: Epist. I, 15, 30; 16, 12; A. P. 165; Od. I, 10, 8; III, 6, 38.

[1]) I, 100 *Miles nescius mirari artes*; XIII, 240 alia est ratio infinitivi: *mutari nescia* = fixa.

[2]) Apud Horatium frequentissimus est cfr. Sat. I, 5, 31; 8, 47; 9, 9, 65; II, 3, 316; 8, 59.

[3]) Cfr. Pers. I, 28 *Tuum scire*; I, 9 *Nostrum illud vivere triste*; I, 122 *Hoc ridere meum*; VI, 38 *Hoc nostrum sapere.*

[4]) Cfr. Pers. II. 23 *Ignovisse putas* (Jovem) *quia, quum tonet, ocius ilex Sulphure discutitur*, Hor. Epist. I, 18, 104; 16, 36; ne crebras quidem Virgilii infinitivi ponendi formas, quales sunt: Aen. II, 432 *Testor vitavisse*, III, 603 *Fateor petiisse*, VI, 352 *Juro cepisse*, Juvenalis imitatus est.

In infinitivi igitur usu Juvenalis a prosa oratione raro discedit, sed in imperativo ponendo satirarum scriptorum licentia utitur. In affirmative præcipiendo pro imperativo conjunctivi secunda præsentis temporis persona crebro ponitur: IX, 114 *Illos ergo roges, quidquid paullo ante petebas A nobis;* II, 70 *Sed Julius ardet, æstuo. Nudus agas, minus est insania turpis*, et in vetando pro conjunctivi secunda futuri exacti persona (quæ semel invenitur: XIV, 48 *Nec contempseris pueri annos*) duobus locis exceptis (ubi imperativus ponitur: VI, 630 *Et nulli credite mensæ*, IX, 130 *Ne trepida*) eadem præsentis temporis persona ubique substituitur: IX, 99 *Nec contemnas aut despicias*, III, 302 *Nec tamen hoc tantum metuas, nam qui spoliet te Non deerit*, XIV, 201 *Nec te fastidia subeant . . . Nec credas* (pro altero *Nec* multi codices habent *neu*, sed Juvenalis, qui *neve* nusquam utitur, in tali sententiarum junctura *nec* ponit). In satiræ quintæ v. 139 conjunctivi tertia futuri exacti persona in vetando posita est: *Nullus tibi parvulus aula Luserit Æneas*, cum quo loco Persii locus (I, 5): *Ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem Prætulerint* fortasse comparari potest. Particulæ, quæ est *ne*, uno loco in vetando imperativus (IX, 130), uno conjunctivi tertia persona subjicitur (II, 42), omnibus reliquis locis pro ea *non* (*nec*) substituitur [1]): VI, 448 *Non habeat aut torqueat . . nec sciat , . et non intelligat*, III, 54; XI, 37. Augusteæ ætatis poetæ (Horatio excepto), qui in vetando pro conjunctivi futuro exacto imperativum particulæ *ne* (rarius partt.

[1]) In optando eadem particula ponitur: VII, 222 *Dummodo non pereat;* XII, 130 *Nec amet quemquam nec ametur ab ullo* (cfr. sat. VIII, 178 *Lectus non alius cuiquam nec mensa remotior ulli*; poeta et *quoquam* et *cuiquam* sæpius utitur, neque adjectivum, quod est *ullus*, pro substantivo ponere solet. Substantivis personam significantibus pronomen adjungit, adjectivis non item.

non, nec) fere semper subjiciunt, quique in affirmative præcipiendo pro imperativo conjunctivi secundam præsentis temporis personam raro ponunt [1]), in vetando a conjunctivi præsenti tempore fere abstinent [2]), sed satirarum scriptores hoc tempus ponere amant. Pedestris orationis autores in persona secunda generalis subjecti loco ficta conjunctivi præsens tempus et in affirmative præcipiendo pro imperativo et in vetando pro conjunctivi futuro exacto ponere notum est, quod loquendi genus satirarum scriptores ita extendere videntur, ut notionem secundæ personæ hypotheticæ cum notione personæ, quacum se colloqui fingant vel quam, ut Persii verbis utar, ex adverso dicere faciant, confundi patiantur, unde fit, ut hæc persona, non solum ubi pro imperativo vel conjunctivi futuro exacto conjunctivi præsens tempus ponatur, sed etiam ubi alia conjunctivi ponendi caussa accedat, cum secunda persona subjecti generalis loco ficta ita coalescat, ut omne discrimen pæne evanescat, et loci exstent, quibus res incerta videri possit [3]);

---

[1]) Ubi præcipiendi forma in optandi formam fere transiit: Ovid. Met. VIII, 866 *Quisquis es, ignoscas* (Hor. Sat. I, 9, 72 *Ignosces, alias loquar*), Virg. Aen. VI, 109 *Doceas iter et sacra ostia pandas* cfr. VI, 406 *At ramum hunc . . Agnoscas.*

[2]) Ovid. A. a. III, 685 *Neu sis, neu credideris*; Tibull. I, 4, 41 *Cedas neu neges;* Virgilius (et Ovidius in Metam. libris) vix sic dixit.

[3]) Sic in sat. XIII v. 143 *Rem pateris modicam et mediocri bile ferendam, Si flectas oculos maiora ad crimina*, quum Juvenalis in tali sententiarum conjunctione indicativo sententiæ primariæ et conjunctivum sententiæ secundariæ hypotheticum et conjunctivum secundæ personæ fictæ subjiciat, ambigi potest, utri indicativo — *flectis* an *flectimus* — conjunctivus, qui est *flectas*, originem debeat; cfr. XIII, 170 *Si videas hoc gentibus in nostris, risu quatiere*, quo loco res manifesta est, sed sunt, qui *quatiare* legant (etiam in satira VI a v. 653: *Similis si permutatio detur, Morte viri cupient animam servare catellæ*, Hermannus ex nonnullis codicibus *cupiant* in textu ponit; idem in sat. VII v. 87 *Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven* pro *vendat* substituit *vendit*, sed cfr. XIV, 315 et X, 365 *Nullum numen habes, si sit prudentia*, XIII, 75 *Tam facile et pronum est*

quumque et in jubendo et in vetando conjunctivi præsens tempus imperativo copulative adjungatur (XIV, 196 *Dirue Maurorum attegias, aut pares, quod vendere possis . . nec credas*, VII, 131 *Si te delectant . . ponas et sumito*) satis apparet, quam tenuibus aut nullis finibus usus imperativi et conjunctivi præsentis temporis distineatur. Juvenalis tamen neque in jubendo neque in vetando, ubi personam, quam alloquitur, nominat, pro imperativo vel futuro exacto præsens tempus substituit neque usquam præsenti huic tempori pronomen, quod est *tu*, adjungit. Sic autem Persius Flaccus et Horatius dixerunt[1]), qui

---

superos contemnere testes, *Si mortalis nemo sciat*, VI, 469 *Propter quod secum comites educit asellos*, *Exul Hyperboreum si dimittatur ad axem*, XII, 59 *Digitis a morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima tæda*, XII, 60 *Nunc si depositum non infitietur amicus*, *Si reddat . . follem*, *Prodigiosa fides*, quo loco verbum subst. omissum est. Sententia secundaria his locis non tam condicionem, cui satisfieri debeat, actioni primariæ adjungit, quam id, quod universe dictum est, restringens certius definit, quo ficto statu intrante veritas sententiæ demonstretur, vel judicio generali condicionem adjungit, cui satisfaciendum sit. Huc etiam locus trahi debet, qui in sat. VIII a v. 247 legitur: *Nodosam post hæc frangebat vertice vitem*, *Si lentus pigra muniret castra dolabra* [nullum simile exemplum exstat], nam Juvenalis conjunctivum repetitæ actionis particulis *si*, *quum*, *quoties* nusquam adjunxit. Quod ad sat. VIII v. 169 attinet: *Quid facias talem sortitus, Pontice, servum? Nempe in Lucanos aut Tusca ergastula mittas*, conferri potest locus Horatii (sat. I. 1, 63) *Quid facias illi? Jubeas miserum esse.* Talis vero locus, qualis est (VI, 503): *Andromachen a fronte videbis, post minor est, credas aliam*, satis ostendit, quam facilis transitus ab indicativi futuro ad conjunctivi præsens tempus sit.

[1]) Sic Pers. V, 157 *Nec tu dicas*; Hor. Sat. II, 3, 324 *Teneas. Damasippe, tuis te* cfr. II, 1, 5. Apud Persium in sat. V v. 146 *Tun' mare transilias?* codices etiam *Tu mare transilias* habent. Sic fortasse legendum est, et hic conjunctivus imperativus sequentibus imperativis præmittitur: *Indulge genio* (v. 151), *Vive memor leti* (v. 153), *Nec dias* (v. 157). In sat V v. 161: *Dave, cito, hoc credas) jubeo, finere dolores Meditor*, quamquam

poetæ non solum pro imperativo vel futuro exacto præsens tempus crebro substituunt[1]), sed huic præsenti tempori et imperativum et conjunctivi futurum exactum copulative annectunt[2]). Inter eos igitur et Juvenalem in hoc loquendi genere modo parvum discrimen interest; satirarum vero scriptores a ceteris poetis differunt. Paucis denique locis Juvenalis prægressam rerum commemorationem ita colligit, ut præceptum vel consilium inde redundans, cui jam obtemperatum esse fingat, per futurum tempus efferat: IX, 101 *Ergo occulta teges ut curia Martis Athenis;* VIII, 37 *Ergo cavebis Et metues, ne tu sis Creticus aut Camerinus*, X, 347, quod loquendi genus apud Horatium interdum invenitur (sic A. P. 385 *Tu nihil invita dices faciesve Minerva)*, nusquam autem apud Persium. Præcipiendi formæ, quales sunt Virgilii atque Ovidii his locis: Aen. III, 405 *Velare comas adopertus amictu;* II, 707 *Cervici imponere nostræ*, Ovid. Met. XIV, 720 *Et Pœana voca nitidaque incingere lauro*, apud satirarum scriptores non inveniuntur.

Participium præsentis temporis apud Juvenalem fere semper adjectivi loco substantivo vel pronomini adjungitur, et paucis illis locis, quibus nulla vox, cui adhæreat, ponitur, objecto vel ablativo vel adverbio ubique certius definitur. In satiræ secundæ v. 64: *Fugerunt trepidi*

---

jubeo apud Ovidium cum conjunctivo jungitur, sic verba distingvenda esse arbitror: *Dave cito hoc credas, jubeo*, nam *credas* more Persii pro imperativo positum esse, verisimile videtur.

[1]) Pers. V, 45 *Non hoc dubites* (Cornute); III, 96 *Ne sis tutor mihi*; Hor. Sat. I, 4, 112 *Scetani dissimilis sis* cfr. II, 3, 324; 5, 23; 6, 66 — II 3, 88 *Ne sis patruus mihi*; II, 5, 16 *Ne tamen tu ire recuses*; II, 3, 31 *O bone, ne te Frustrere* cfr. II, 5, 26, 91; Epist. I, 15, 14, 16; I, 11, 16.

[2]) Pers. III, 73 *Disce nec invideas*; V, 17 *Trahe — relinque — no[illegible] Ne prætulerint — Non accedas . . Nec te quæsiveris* [illegible]*at.* I, 4. 40 *Neque dixeris — neque putes . . des.*

vera ac manifesta canentem, Juvenalis more Virgilii [1]) post orationem habitam participium ad personam refert, quæ locuta est, et in sat. XV v. 48: *Facilis victoria de madidis et Blœsis atque mero titubantibus*, participium præcedentibus adjectivis sustentatur; duobus deinde locis, qui sunt: X, 243 *Hæc data poena diu viventibus, ut reno-*

---

[1]) Virgilius, quamquam activi participium præsentis temporis nulli substantivo neque pronomini adhærens multo crebrius ponit, in participii huius usu et ab Horatio et a Juvenale declinat. Hic enim poeta aut post orationem alicuius ita id ponit, ut ad eum referatur, qui locutus sit (cfr. Aen. II 790, IV, 127, 362, 390, VI, 467, IV, 219 *Talibus orantem dictis arasque tenentem Audiit omnipotens*), aut in adlocutione ad eum refert, quem persona loquens alloquitur (IV, 373 *Ejectum litore egentem excepi*), aut ubi aliquis continua oratione res a se actas exponit, ad loquentem refert — (III, 131, 132 *Prosequitur surgens a puppi ventus euntes* (nos) *Ft tandem antiquis Curetum adlabimur oris*, quod exemplum ea de caussa attuli, quia hinc transitus ad idem participium in simplici rerum narratione ponendum pronus est. Sic poeta in libr. V [v. 777] priorem versum: *Prosequitur surgens a puppi ventus euntes* ita posuit, ut participium, quod est *euntes* (eos) ad Troianos, de quibus narrat, referatur cfr. II, 570 *Erranti, ferenti* [mihi]; VI, 360 *Prensantem* [me]; III, 150 *Visi ante oculos adstare jacentis*, ubi genetivus ad pronomen *meos* omissum referendus est) — aut denique in narrando et perspicua narratione id nullo additamento adjecto ita ponit, ut ad eum referatur, de quo sermo sit (IV, 465 *Agit ipse furentem in somnis ferus Æneas*, ubi Didonis dolor depingitur, cfr. de eadem Didone v. 298 *furenti*, v. 674 *morientem*; 393 *dolentem*, V, 241, VI, 100, 495). Participium sic ad certam personam refertur, non ut apud Juvenalem, quod mox videbimus, ad eam, quam additamenta ei adjuncta definiunt, sed ad eam, quam oratio indicat, neque, ut apud Horatium, generalis subjecti notionem continet; raro tamen poeta (ut in Aen. lib. IV v. 65 *Quid vita furentem, quid delubra juvant?*) ad hunc Horatii eius ponendi usum accedit, raro etiam. quemadmodum adjectivum ponens substantivum prægressum audiri patitur (VI, 422 *Ille conripit objectam* sc. offam), activi participium sic ponit: VI, 211 *Fregit cunctantem* sc. ramum·

vata Semper clade domus . . . senescant, XI, 52 *Ille dolor solus patriam fugientibus . . caruisse anno circensibus uno*, poeta pluralem participii præsentis temporis numerum dativo casu ita ponit, ut idem fere loquendi genus inveniamus atque hoc loco Horatiano (Sat. I, 1, 49) *Quid referat intra Naturæ fines viventi jugera centum an Mille aret*, sed Horatius [1]) ubique singularem numerum

---

[1]) Horatii participii ponendi usum, ut appareat, quantum in hoc loquendi genere inter satirarum scriptores differat. paucis adumbrabo. Primum activi participium præsentis temporis ita ponitur, ut aut objecti locum tenere aut subjectum accusativi cum infinitivo esse videri possit: Epist. I, 14, 37 *Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat . . Rident vicini glebas et saxa moventem*; Epist. I, 8, 3 *Si quæret, quid agam, dic multa et pulchra minantem Vivere nec recte nec suaviter* cfr. 1, 19, 33, II, 2, 52, verum, quum accusativus pronominis, quod est *ego*, ubi aut objectum sententiæ primariæ aut subjectum sententiæ per accusativum cum infinitivo elatæ esse debebat, crebro non tam omittatur quam ex sententia prægressa audiatur, ad *moventem* ex prægresso pronomine *mea* et ad *minantem* ex *agam* audiendum est *me*, ut his locis: Epist. I, 20, 17 *Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem Occupet . . senectus;* Sat. II, 5, 42 *Nonne vides, aliquis cubito stantem prope tangens Inquiet*; Sat. II, 3, 72 *Quum rapies in jus malis ridentem alienis*, pronomina, quæ sunt *te* et *eum*, audienda sunt. Talia exempla apud Juvenalem non exstant (neque apud Persium). Rarius apud Horatium ad dativum participii dativus eorundem pronominum auditur cfr. Sat. II, 5, 1 *Hoc quoque, Tiresia, præter narrata petenti Responde, quibus amissis reparare queam res* (*mihi* ex *queam* arcessendum est); II, 2, 98 *Adde . . te tibi iniquum Et frustra mortis cupidum, quum deerit egenti* (tibi) *As*; II, 5, 88 *Scilicet elabi si posset mortua, credo, Quod nimium institerat viventi* (ei). Ubi deinde adjectivum pro substantivo personam significante positum præmittitur, Horatius interdum participium ita ponit, ut novæ personæ notionem inducat: I, 18, 89 *Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi . . Potores porrecta negantem pocula*; Epist. I, 18, 80 *Ut penitus notum . . serves Tuerisque tuo fidentem præsidio* cfr. Sat. I, 3, 119. Participium notionem adjectivi pro substantivo positi sic prope induit. Participium denique præsentis tem-

ponens et condicionem actioni primariæ annectens unum aliquem amplectitur, Juvenalis per pluralem numerum totum

---

poris generalis notionis loco pro substantivo positum grammatici subjecti vel — raro — objecti locum tenet: Epist. I, 17, 43 *Coram rege sua de paupertate tacentes Plus poscente ferent*, Sat. I, 3, 75 *Æquum est Peccatis veniam poscentem reddere rursus;* Sat. I, 1, 12 *Felices clamat viventes in urbe*, aut dativo casu positum condicionem statumve actioni primariæ subjungit: Epist. II, 2, 9 *Quin etiam canet indoctum sed dulce bibenti*; A. P. 349 *Poscentique gravem persæpe remittit acutum*; Sat. I, 1, 49 *Quid referat intra Naturæ fines viventi jugera centum an Mille aret.* Restant duo loci, quibus Horatius dativum participii nullo additamento adjecto paullo durius vocibus, quæ sunt *idem* et *similis*, adjunxerit: *Invitum qui servat, idem facit occidenti*; Sat. II, 5, 92 *Multum similis metuenti.* Sic Virgilius et Ovidius dativum participii adjectivo, quod est *similis*, crebro addunt: primum ubi persona aliqua simulate agere vel imprudens speciem certi animi affectus præ se ferre dicitur — (ut loco Horatiano, quem supra posuimus: *Davus sis comicus atque Stes obstipo capite multum similis metuenti*; Ovid. Metam. III, 650 *Tum deus illudens . . . Et flenti similis* . . quo loco deus nautas irridens flebili modo eos alloquitur cfr. Ovid. Met. II, 500, ubi poeta de matre in ursam mutata et filio obviam facta hoc dicit: *Restitit Arcade viso Et cognoscenti similis fuit*) — deinde ubi persona, quæ in conatu versatur, similitudinem hominis rem assecuti gerit (Virg. Aen. XII, 754 *Hæret hians, jam jamque tenet, similisque tenenti Increpuit malis*; Ovid. Met. VII, 785 *Imminet hic sequiturque parem similisque tenenti non tenet*), quæ status jam jam intrantis notio ipsi locutioni fere subjicitur (cfr. Virg. Aen. VI, 662 *Silex jam jam lapsura cadentique Imminet assimilis*) — crebro denique adjectivum *similis* cum dativo participii subjecto actionis adjunctum prope adverbii loco actioni primariæ adjungi videtur (Met. VII, 502 (*Cervus*) *questu imploranti similis tectum omne replebat;* Ovid. Met. III, 240 (*Cervus*) *similis roganti Circumfert tacitos vultus*). Similem loquendi formam prior Horatii locus præbet: *Invitum qui servat idem facit occidenti* = idem facit atque si occidat (eundem invitum, ex inviti enim illius hominis judicio sententia dicitur) non = idem facit atque is, qui occidit, quæ verba exitum non habent. Adjectivum *similis* nullam comparationen inter subjectum actionis et hominem eandem rem agentem instituit, sed duæ eius-

genus complectens, cui fortunæ cuncti obnoxii sint, exponit. In satiræ denique septimæ v. 10: *Quod auctio vendit stantibus*, participium, quod est *stantes*, de turba circumstanti dicitur, qui participii usus frequens est. Restant autem sex apud Juvenalem loci. quibus participium præsentis temporis dativo casu insolentius ita ponitur, ut objecto vel ablativo adjuncto definitum notionem certæ personæ exprimat: IV, 154 *Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti;* IV, 83 *Maria ac terras populosque regenti Quis comes utilior?* VI, 590 *An saga vendenti nubat caupone relicto;* XII, 4 *Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura;* VII, 104 *Quis dabit historico, quantum daret acta legenti;* XIV, 103 *Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti;* (*Lamiarum cæde madenti* = calvo Neroni, Domitiano; *pugnanti Gorgone* = Minervæ; *saga vendenti* = ei sagorum venditori, qui nuptiis eam ambiverat, et modo exemplum *Quis dabit historico* sqq. paullum declinat, hoc enim loco participium prægresso adjectivo *historico* sustentatur). Simili modo Iuvenalis in sat. XII v. 127: *Ergo vides, quam Grande operæ pretium faciat jugulata Mycenis* passivi participium certam personam indicans subjecti loco posuit. Poeta igitur, ubi participium præsentis temporis nulli substantivo nec pronomini adhæret, a liberiore poetarum priorum eius ponendi usu fere abstinet, sed id pro substantivo insolentius ita interdum ponit, ut ei notionem certi hominis, quem additamenta definiant, subjiciat.

In participii futuri temporis usu poeta a priorum poetarum loquendi ratione multo magis discedit. Hoc enim participium prope adjectivi loco substantivis adjungi-

---

dem actionis momenta comparantur: actio, ut ita dicam, simulata et vera, inchoata et absoluta, quæ agitur et agi videtur. *Ursa similis cognoscenti fuit* = atque si cognosceret, non = atque is, qui cognoscit cfr. Homeri *Μαινομένῃ ἐικυῖα*; Horatii *multum similis metuenti* = *πάνυ ἐοικὼς πεφοβημένῳ*.

tur, totius sententiæ condicionalis vel relativæ vice fungitur, ablativorum consequentiæ formam subit, variæ deinde significationes ei subjiciuntur. Imprimis adjectivum atque participium futuri temporis copulative juncta eidem substantivo adhærent: XI, 12 *Egregius coenat meliusque miserrimus horum Et cito casurus jam perlucente ruina* (quo loco ad insolentem comparativi formam, quæ est *egregius*, attendendum est), I, 33 *Post hunc magni delator amici Et cito rapturus de nobilitate comesa Quid superest;* et in sat. X v. 276: *Tu tibi tunc, curruca, places fletumque labellis Exsorbes, quæ scripta et quot lecture tabellas, Si tibi zelotypæ retegantur scrinia moechæ*, participium, quod sententiæ condicioni subjectæ locum tenet. vocativo casu ponitur, quæ loquendi forma eo insolentior est, quia Juvenalis, ubi participium aliquod ad vocativum refertur, pro vocativo nominativum ponere solet: IV, 24 *Hoc tu Succinctus patria quondam, Crispine, papyro* cfr. XII, 57. Exemplum ablativorum consequentiæ ope huius participii formatorum satiræ decimæ quartæ v. 59 præbet: *Hospite venturo cessabit nemo tuorum.* Ut variæ participii significationes eluceant, iis, quæ posui, exemplis nonnulla addam, in quibus substantivo adjunctum adjectivi loco ponitur: VI, 426 *Oenophorum, de quo sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexin* (qui faciat; cfr. Virg. Aen. II, 675, 408) cfr. VI, 604, X, 144; I, 18 *Stulta est clementia perituræ parcere chartæ* (quæ peritura est cfr. Virg. Aen. II, 660) cfr. XI, 17; VI, 435 *Ignoscit Elissæ perituræ* (quæ perire vult; Virgilius *morienti* dicit) cfr. V. 32; I, 70 *Quæ molle Calenum Porrectura viro miscet sitiente rubetam* (quum in eo est, ut porrigat) cfr. IV, 87 *Cum quo de pluviis aut æstibus aut nimboso Vere locuturi fatum pendebat amici;* IV, 10 *Cum quo nuper vittata jacebat Sangvine adhuc vivo terram subitura sacerdos* (cui periculum erat, ne subiret) cfr. VI, 44 *Quem totiens texit perituri cista*

Latini, quo loco Heinrichius *perjurum* legendum esse suspicatur, et sunt, qui pro *perituri* scribant *periturum* (genetivus participii substantivo adjuncti apud Ovidium raro invenitur cfr. Met. VIII, 290 *Nunc matura metit fleturi vota coloni).* Ut exempla satis docent, hoc participium de consilio, de statu jam intrante, de verisimili eventu, de certa re futura ponitur, locum sententiæ relativæ per futurum tempus elatæ tenet, eodem denique modo quo cetera participia sententiæ secundariæ vice fungens statum condicionemque actioni primariæ subjungit. In participio igitur futuri temporis ponendo Juvenalis non solum a prioribus poetis discedit, sed fines ab argenteæ quoque ætatis autoribus servatos ita egreditur, ut hoc participium apud eum significatione modi servata in adjectivi formam atque, ut ita dicam, habitum transiisse dici possit.

Ubi duo verba copulative jungi solent, alterius passivi participium præteriti temporis adjectivi loco objecto sententiæ non raro adjungitur (subjecto et apud priores et apud Juvenalem crebro additur cfr. X, 39): VIII, 261 *Prodita laxabant portarum claustra;* VII, 89 *Tanta dulcedine captos Afficit ille animos;* VII, 26 *Positos tinea pertunde libellos*, et huc satiræ octavæ v. 145: *Tempora Santonico velas adoperta cucullo* (cfr. Virg. Aen. III, 405 *Purpureo comas velare adopertus amictu)* trahendum esse crediderim. Loquendi enim forma, quæ prolepsis vocatur, apud Juvenalem rarissima est, neque in participio usquam adhibita invenitur (cfr. Virg. Aen. III, 236 *Tectos . . per herbam Disponunt enses et scuta latentia condunt.* Exemplum paullo durius hic locus præbet (VI, 625): *Lacerat mixtos equitum cum sangvine patres.*

In gerundivi usu, si priorum poetarum loquendi rationem spectamus, apud Juvenalem nihil singulare occurrit; hoc tamen animadvertendum est, poetam id adjectivi

loco vel adjectivo copulative adjunctum tam crebro ponere, ut nemo priorum ad eum accedat, eumque notionem novi quoque subjecti per id interdum annectere: XIII, 154 *Confer et artifices mercatoremque veneni Et deducendum corio bovis in mare.*

De congruentia subjecti et prædicati.

Duo subjecta singulari numero posita et copulative juncta his locis: *Vivant Arturius istic et Catulus* (III, 29), *Adeo senuerunt Juppiter et Mars* (VI, 59), ubi verbum iis præmittitur, pluralem eius numerum asciscunt, quæ exempla ea de caussa insolentia sunt, quia Juvenalis, non solum ubi verbum inter prius subjectum et particulam copulativam vel inter hanc et posterius subjectum interponitur (quem verborum ordinem ab eo fere semper adhiberi, liberiorem verborum positum tractantes docuimus), ubique, licet utrumque subjectum vel alterum utrum personam significet, more poetarum singularem verbi numerum ponit (cfr. X. 202 *Ut Cassandra inciperet scissaque Polyxena palla*; VII, 69 *Nam si Virgilio puer et tolorabile desit Hospitium*, qui verborum positus verbum sententiæ ei membro, cui intersertum est, artius adjungit), sed etiam verbum, ubi subjectis vel præmittitur vel postponitur, singulari numero effert: I, 35 *Quem munere palpat Carus et a trepido Thymele summissa Latino*; VIII, 108 *Grex parvus equarum et pater armenti capto eripietur agello.* Iis, quæ supra attuli, exemplis ex satira sexta locum, qui a v. 288 legitur: *Nec vitiis contingi parva sinebant Tecta labor somnique breves*, ob pluralem alterius subjecti numerum non adjunxi, sed re vera hic locus, si Juvenalis loquendi usum spectamus, loquendi

formam non minus insolentem præbet, nam, ubi duo talia subjecta juncta sunt, verbum reliquis omnibus locis aut singulari numero positum iis præmittitur: II, 45 *Sed illos Defendit numerus junctæque umbone phalanges* cfr. XI, 124, VII, 165, vel inter prius et particulam copulativam interponitur: II, 153 *Curius quid sentit et ambo Scipiadæ*, aut plurali numero iis postponitur: X, 276 *Exilium et carcer Minturnarumque paludes Hinc causas habuere*, quamobrem, quum librarios, ubi verbum sententiæ, ut hoc loco (*parva sinebant tecta labor*), ante pluralem substantivi numerum positum est, singularem eius numerum in pluralem crebro mutare notissima res sit, et codices nonnulli *sinebat* habeant, his obtemperandum esse censeo, qua scriptura restituta certa numeri ponendi regula exstabit[1]). Ubi pluralis adjectivi utriusque communis numerus antecedit (tale adjectivum subjectis præcedens jam singulari jam plurali numero effertur), verbi pluralis numerus aut sententiam claudit aut subjectis ita anteponitur, ut adjectivum ei præmittatur: V, 36 *Quale coronati Thrasea Helvediusque bibebant*, III, 307 *Tutæ custode tenentur Et Pontina palus et Gallinaria pinus*, XV, 130 *Pares sunt . . ira atque fames* (cfr. III, 177 *Similesque videbis Orchestram et populum*), sed uno

[1]) Persius in satiræ III v. 11 verbi singularem numerum posteriori membro durius interseruit: *Inque manus chartæ nodosaque venit arundo*; Virg. in Aen. IV, 651 *Dum fata deusque sinebat* dixit, et hic poeta verbum ad proximum subjectum fere ubique accommodat. Ovidius simile exemplum præbet: Metam. V, 563 *Virginei vultus et vox humana remansit*, et, ubi subjecta particula geminata *que — que* juncta sunt, pluralem verbi numerum iis anteponere solet: Met. VIII, 326 *Sinunt tempusque pudorque* cfr. 521, 793; sed, si verbum postponitur, jam singulari (cfr. Met. II, 601) jam plurali numero effertur (cfr. VII, 716; Virgilius: *Aurumque animusque est* Aen. XII, 23). In Met. libr. II v. 675 Ovidius idem: *Novata est Et vox et facies* dixit.

loco, quamquam singularis adjectivi numerus priori membro antepositus est, verbum enunciationis plurali numero effertur: XI, 135 *At mea Clotho et Lachesis gaudent* (Hor. A. P. 401 *Insignis Homerus Tyrtæusque exacuit;* Virg. Aen. I, 144 *Cymothoe simul et Triton adnixus Detrudunt),* et memorabile exemplum locus præbet, qui in satira XII a v. 98 sic scriptus est: *Sentire calorem Si coepit locuples Gallita et Paccius orbi*, ubi duo adjectiva, quamquam utrumque eorum ad utrumque subjectum refertur, ita distribuuntur, ut alterum singulari numero positum subjectis præmittatur, pluralis alterius numerus iis postponatur; sed sententiæ forma, quæ est *locuples Gallita et Paccius*, ubi verbi singularis numerus præcedit, cum poetæ loquendi usu congruit, et Juvenalis adjectivum, quod est *orbi*, adjunctum ea forma posuit, qua adjectivum duorum substantivorum commune atque iis postpositum designare solet. Insolita est etiam ea loquendi forma, quæ modo in sat. XIV v. 33 invenitur: *Unus et alter Forsitan hæc spernant juvenes* cfr. Hor. Sat. I, 5, 28 *Missi magnis de rebus uterque Legati*, qui Horatii locus eo insolentiorem loquendi formam præbet, quod hic poeta etiam de duabus personis plurali pronominis, quod est *uterque*, numero utitur: Sat. I. 8, 25 *Pallor utrasque Fecerat horrendas aspectu.* Ubi substantivum collectivum præcedit, verbum singulari numero efferri solet, et modo duobus locis, ubi longius retrahitur, plurali numero positum invenitur: XV, 38 *Sed tempore festo Alterius populi rapienda occasio cunctis Visa inimicorum primoribus ac ducibus, ne Lætum hilaremque diem, ne magna gaudia coenæ Sentirent*, v. 98 *Sicut modo dicta mihi gens Post omnes herbas, post cuncta animalia, quidquid Cogebat vacui ventris furor . . comedunt*, quibus locis ex satira sexta is fortasse, qui a v. 646 sic scriptus legitur: *Minor admiratio summis Debetur monstris, quoties facit ira nocentem Hunc*

sexum; rabie jecur incendente feruntur Præcipites, adjungi debet, sed in hac satira poeta substantivum, quod est *feminæ*, tam sæpe omittit, ut locum huc trahendum esse verisimilius sit. Paullo duriorem loquendi formam satiræ decimæ quintæ v. 72 præbet: *Postquam Subsidiis aucti pars altera promere ferrum Audet*, quo loco participium *aucti*, quamquam verbi singularis numerus subsequitur, plurali numero atque masculino genere positum substantivo proxime subsequenti per appositionem adjunctum est[1]). Nusquam autem Juvenalis nullis vel paucis vocibus interjectis substantivo collectivo pluralem verbi numerum addit[2]), neque usquam verbum singulari deinde plurali numero effert[3]). Ubi denique alterum subjectum præpositione, quæ est *cum*, priori subjungitur, licet utrumque personæ notionem contineat, verbum enunciationis singulari numero semper effertur et subjectis aut præmittitur aut postponitur: X, 336 *Veniet cum signatoribus auspex* cfr. VIII, 264—265; IX, 60—62.

In satira octava, quo loco poeta rapinas in provinciis præfectorum et injurias, quibus incolæ obnoxii erant, acriter perstringit, a v. 105 hi versus leguntur:

Inde Dolabella est atque hinc Antonius inde
Sacrilegus Verres; referebant navibus altis
Occulta spolia et plures de pace triumphos.

---

[1]) Virg. Aen. V, 108 *Pars et certare parati*; VI, 581 *Hic genus antiquum terræ . . Fulmine dejecti*; VI, 660 *Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.* Dure Persius (I, 78) *Antiopa, cærumnis cor luctificabile fulta* dixit.

[2]) Virg. Aen. V, 661 *Pars spoliant aras* cfr. I, 212, IV, 405; Ovid. Met. VIII, 330.

[3]) Virg. Aen. II, 31 *Pars stupet . . . . et mirantur*; III, 671 (genetivo pluralis substantivi numeri adjuncto) *Genus Cyclopum ruit et complent*; Georg. IV, 461 *Chorus Dryadum implerunt*; Ovid. Met. XII, 175 *Moventur quisquis adest.*

Nunc sociis juga pauca boum, grex parvus equarum
Et pater armenti capto eripietur agello;
Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum.

Sic Heinrichius et Orellius locum edunt; Jahnius, quem Hermannus sequitur, sic scribit:

Inde Dolabellæ atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres referebant navibus altis

post *agello* (v. 109) commate incidit et pro *eripietur* substituit *eripiatur*. Rupertius, qui versus eodem modo quo Heinrichius distingvit, contra codicum suorum auctoritatem *eripiatur* in textu ponit »quod exquisitior est lectio.« Addit, interpunctionem post *Verres* vulgarem vel retineri posse vel tolli; sed, si post *Verres* inciditur, cohærentia est: *hinc Dolabella, inde Antonius, hinc Verres est sacrilegus*, si minus, *est* tollendum est (v. 105), quo facto cohærentia erit: *Inde Dolabella, hinc Antonius, inde sacrilegus Verres referebant*, et utraque loquendi forma cum Juvenalis dicendi ratione ita congruit, ut nullum argumentum ad meliorem distinctionem eliciendam aptum inde capi possit. Heinrichius particulam *inde* cum præcedenti divitiarum commemoratione jungens eam de rapinarum caussa positam esse dicit, quam loci enarrationem Døllenius refutavit. Vetus scholiastes, qui sic legit: *Inde Dolabella atque hinc Antonius, inde Sacrilegus Verres referebant*, de tribus spoliatoribus et tribus provinciis poetam loqui tradit »hi omnes socios ac maxime Græcos, Asiaticos et Siculos fortunis omnibus spoliaverunt. C. Antonius a Cæsare accusatus.« Pro hoc C. Antonio Heinrichius M. Antonium Creticum, »oratoris filium, triumviri patrem, avarissimum hominem, Siciliam depopulatum« substituit. Simplicissimam loci enarrandi viam certe scholiastes ingressus est, nam ob hiatum atque syllabæ brevis

productionem (*Dolabella atque* cfr. X, 54 *Ergo supervacua aut perniciosa petuntur)* verbum *est*, quod in magna codicum parte deest (ut in omnibus Hauniensibus), sine dubio insertum est, quo accedit, quod nullum sacrilegium de Antonio traditur, et *sacrilegus* notum Verris epitheton est, quamobrem scriptura scholiastæ tenenda est. Pluralem verbi, quod est *referebant*, numerum cum poetæ loquendi usu congruere, hic locus docet (III, 70): *Hic alta Sicyone ast hic Amydone relicta, Hic Andro, ille Samo . . . petunt.* Sed maius mendum in versibus 108—109 latere puto. Ex vulgari enim versuum distinctione:

Nunc sociis juga pauca boum, grex parvus equarum
Et pater armenti capto eripietur agello

verbi singularis numerus, qui est *eripietur*, ad tria subjecta, quorum primum plurali numero effertur, referendus est. Hoc, ubi verbum subjectis postponitur, nullo modo fieri posse, ex iis, quæ de subjecti atque prædicati congruentia diximus, satis elucet, et voces, quæ sunt *capto agello*, quæ a verbo *eripietur* ob positum omnino divelli non possunt, si cum verbis *Nunc sociis* jungantur atque ablativo casu positæ esse putentur, sententiam loci perturbant. Substantivum, quod est *agello*, non ablativo sed dativo casu positum est, et cæsura (v. 108) hoc loco ut multis apud Juvenalem locis veram distingvendi viam monstrat. Post *boum* graviore signo (;) interpungendum est. Sic omnia recta sunt; verbi, quod est *eripietur*, singularis numerus ex Juvenalis loquendi usu recte ponitur, et poeta hoc dicit: nunc sociis juga pauca boum restant (illa jumentorum atque pecorum copia, qua olim abundabant, jam iis erepta est); de equis et aliis bonis non loquar, nam futuri spoliatores, quæ supererunt, mox auferent.

De mutatione numeri, subjecti, temporis, modi.

Si omnes locos, quibus singularis et pluralis verbi numerus nulla subjecti mutati significatione facta se excipiunt, in unum contulerimus, duplex ratio erit. Juvenalis enim uno certi cuiusdam hominum generis exemplo prolato, omnes ad idem genus pertinentes ita complectitur, ut vitium omnium commune vel aliquid, quod de omnibus dici possit, adjungat, aut toto genere commemorato exemplum sumit, quod uberius depingat. Sic, ut exempla nonnulla afferam, quæ rem manifestam reddere possint, in sat. III v. 112 poeta, postquam amicum falsum atque blandientem introduxit, hæc dicit: *Horum si nihil est, aulam resupinat amici: Scire volunt* (hi, homines eiusmodi) *secreta domus atque inde timeri* [1]); in eiusdem sa-

[1]) Totus locus, qui commemoretur, dignus est. Poeta sic scripsit:

Præterea sanctum nihil est nec ab ingvine tutum:
Non matrona laris, non filia virgo neque ipse
Sponsus levis adhuc, non filius ante pudicus;
Horum si nihil est, aulam resupinat amici:
Scire volunt secreta domus atque inde timeri.

Codices *aulam* fere omnes habent; codex Pithoeanus *aviam*, quam scripturam Hermannus in textu posuit. Cohærentia autem

tiræ v. 298, quo loco hominem divitem noctu grassantem et pauperem obviam factum ictibus atque contumeliis lacessentem describit, hæc adjungit: *Dicere si temptes aliquid tacitusve recedas, Tantundem est, feriunt pariter;* in sat. X v. 305, quo loco juveni pulchritudinem atque egregiam corporis formam non minus quam virgini periculosa esse dicit, orationem sic continuat: *Non licet esse viros;* in sat. VI v. 651 verbis: *Illam non tulerim, quæ computat et scelus ingens Sana facit* hæc subjunguntur: *Spectant subeuntem fata mariti Alcestim;* in eadem satira Messalinæ commemoratio sic finitur (v. 135): *Faciunt graviora coactæ imperio sexus*; in eadem, ubi hic versus (460) scriptus est: *Intolerabilius nihil est quam femina dives*, oratio sic continuatur: *Ad moechum veniunt lota cute*, in eadem versum (363): *Prodiga non sentit pereuntem femina censum* hic versus excipit: *Non unquam reputant, quanti sibi gaudia constent*; in satira denique prima, postquam aliquot vitiosorum hominum

---

sermonis satis docet, verba *aviam amici* notionem personæ continere, quæ, si matrona, filia, sponsus, filius desint, in domo amici necessario versetur, quas partes poeta aviæ attribuisse non potuit, quo accedit, quod illa persona a propinquis et necessariis diversa esse debet. Eorum enim commemoratio finita est: *Horum si nihil est*, sed avia certe ad *Horum* annumeranda est. Haechermannus (annal. phil. 1854) voces *aulam amici* per metaphoram — audacissimam — ex aulæ (i. e. ollæ) similitudine sumptam ita enarrandas esse putat, ut verbum resupinandi pro verbo inclinandi dictum sit, et negat, id verbum apud Juvenalem de feminis dici, comparatque sat. VIII v. 176 *Resupinati Galli.* At et hæc verba de Gallo stertente dicuntur, et de Messalina adjectivum, quod est *resupina*, ponitur (VI, 126). Moechus id modo agit, ut secreta domus sciat, quamobrem familiam corrumpere conatur, et, si nemo est, quem corrumpere possit, aulam amici resupinat (non unum aliquem ex aula sed totam *aulam*), quæ vox et de domo alicuius et de servis atque ancillis in domo versantibus passim apud poetas posita invenitur.

exempla prolata sunt, poeta omnes complectens hoc dicit: *Criminibus debent hortos, prætoria, mensas*, et omnino hoc modo singularum rerum commemorationem colligere amat. Uno loco poeta rem apertiorem reddit; in satiræ enim XII v. 223, postquam a v. 209 scelerati hominis angorem animi depinxit, hæc subjungit: *Hi sunt, qui trepidant et ad omnia fulgura pallent*, qui locus originem huius transitus satis aperte prodit. Imprimis satira sexta multa exempla præbet, nam in hac poeta crebro, ubi a vitio alicuius, quem certius definivit, ad novum vitium describendum transit, jam singulari jam plurali numero verbum effert, prout substantiva: femina, feminæ, uxor audiuntur. Iis quæ posui exemplis unum tantum addam. Poeta, postquam a v. 366: *Sunt quas eunuchi imbelles . . . delectant* libidinem mulierum perstrinxit, sic a v. 379 orationem continuat: *Si gaudet cantu, nullius fibula durat.* His atque similibus locis exceptis verbi numerus non temere mutatur, et in satira sexta, ubi poeta Amphionis luctum describens hæc dicit (a v. 172):

Parce, precor, Pæan, et tu depone sagittas,
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem,
Amphion clamat, sed Pæan contrahit arcum.

multi interpretes, inter quos Jahnius et Hermannus, ob pluralem verbi, quod est *configite*, numerum ex conjectura Grævii, quia *configite* duo numina, Apollinem atque Dianam, complectatur, *dea pone* pro *depone* vix jure substituunt. Pulcherrima est conjectura Grævii, sed, quum poeta subjungat verba: *sed Pæan contrahit arcum*, ubi Pæan solus iterum commemoratur, quumque in precationibus ad certum deum conversis oratio ad plures non raro pertinet (cfr. Virg. Aen. IX, 525 *Vos, o Calliope, precor aspirate canenti*) pulchrior certe quam verior existimanda est, et pronomen, quod est *tu*, in altero membro crebro ex abundanti additur cfr. V, 12 *Primo fige loco, quum tu dis-*

cumbere jussus (XV, 86 *Elemento gratulor et te exultare reor).*

Inter loquendi autem formas, quæ poetæ orationis variandæ studio ascribi possunt, hæc animadversione digna est, quod, ubi plura membra coacervantur, unum singulari, reliqua plurali numero efferuntur: VI, 150 *Pastores et ovem Canusinam ulmosque Falernas*, IX, 103 *Ut servi taceant, jumenta loquentur Et canis et postes et marmora*, X, 60 *Fiunt urceoli, pelves, sartago, patellæ*, VII, 11 *Oenophorum, tripodes, armaria, cistas*, II, 169 *Bracchia, cultelli, frena, flagellum* cfr. IX, 109, X, 35, XIV, 318; ubi autem plura membra singulari numero ponuntur, modo duobus locis numerus mutatur: XI, 138 *Lepus atque aper et pygargus Et Scythicæ volucres et phoenicopterus ingens Et Gætulus oryx* cfr. I, 85. Raro poeta singularem substantivorum numerum pro plurali ponit, cuius loquendi formæ duplex est ratio: aut enim numeri pluralis significatio in adjectivo substantivo adjuncto latet, aut collectiva significatio ipsi substantivo subjicitur: III, 232 *Plurimus hic æger moritur vigilando*, VIII, 58 *Cui plurima palma fervet et exultat victoria*; IV, 47 *Quum plena et litora multo Delatore forent*, XIII, 215. *Densissima ruga Cogitur in frontem*; I, 64 *Quum jam sexta cerviee feratur*; IX, 150 *Quæ Siculos cantus effugit remige surdo*; III, 215 *Modo longa coruscat Sarraco veniente abies atque altera pinum Plaustra vehunt*; XIV, 74 *Serpente ciconia pullos Nutrit et lacerta*, et interdum pluralis substantivorum neutri generis numerus pro singulari ita ponitur, ut aut plurali substantivorum numero, quæ sunt *fastidia, gaudia, tædia, solatia, otia*, ea notio subjiciatur, quam singularis earundem vocum numerus (a poeta non adhibitus) exprimere solet (XI, 207 *Quia sunt talis quoque tædia vitæ Magna*, X, 200 *Ut captatori moveat fastidia Cosso* cfr. VI, 394, VIII, 47, XIII, 179, XIV, 203, XV, 40), aut substantiva, quorum

pluralis numerus de pluribus rebus dici solet, de una re dicantur: V. 82 *Qua despiciat convivia cauda* (squilla); XI. 150 *Hodie tantum propter convivia peri.* XIII, 120 *Piacula*, VIII. 246 *Mercedes.* In satiræ tertiæ v. 197 *Vivendum est illic, ubi nulla incendia, nulli Nocte metus*, substantivum, quod est *metus*, plurali numero (non, ut quidam putant, singulari) de metuendi caussis ponitur (cfr. Ovid. Her. 16. 342 *Res vanos habet ista metus*), non de ipso timore (cfr. Virg. Aen. I. 463 *Solve metus*, XII, 316 *Auferte metus*): in sat. X v. 87: *In jus trahere* singularem numerum poeta ponit, sed in sat. XI v. 135 *Ad jura vocare* dicit: substantivum denique, quod est *frigora*, passim ponitur, verum poeta in hoc loquendi genere a Virgilii atque Ovidii licentia longe abest[1]). Restat locus qui prave huc trahitur. In satira enim nona poeta, postquam negavit, hominem divitem, quomodocunque viveret, ita vivere posse, ut vicini, servi, omnes homines non explorarent, quid ageret, vel, si nihil ageret, quod accusari posset, crimina fingerent atque omnibus modis rumoribus eum exagitarent, hæc scribit (a v. 118):

Vivendum recte est quum propter plurima tum his
Præcipue causis, ut lingvas mancipiorum
Contemnas, nam lingva mali pars pessima servi.
Deterior tamen hic, qui liber non erit illis,
Quorum animas et farre suo custodit et ære.
Idcirco ut possim lingvam contemnere servi,
Utile consilium modo, sed commune, dedisti:

Sunt, qui substantivum, quod est *caussis*, plurali numero de una caussa positum ita præcedere credant, ut lector, qui

[1]) Exemplis in re notissima supersedeo; ad illum modo Ovidii usum attendam, quod de uno corpore fere ubique *corpora* dicit: Met. X, 128 *Cervus sua corpora posuit*; VIII, 256 *Corpora nuti* cfr. 256.

plurium caussarum enumerationem exspectans unam legat, mire afficiatur, sed sententia, quam particula *ut* inducit, quod vix est, cur moneam, substantivo *causis* non adjungitur, et cum vocibus prægressis: *vivendum recte est* arcte cohæret. *His causis* sunt caussæ, quas poeta in versibus 105—117 exposuit. Hermannus autem locum sic scribit:

Vivendum recte est, quum propter plurima, tum vel
Idcirco ut possis lingvam contemnere servi.
Præcipue cave sis, ut lingvas mancipiorum
Contemnas; nam lingva mali pars pessima servi;
Deterior tamen hic, qui liber non erit illis,
Quorum animas et farre suo custodit et ære.
Utile consilium modo, sed commune dedisti:

sed conjectura Lachmanni, quæ est *cave sis* pro *causis*, infelicissima est, nam neque *cave* cum metricis rationibus congruit, quum poeta ne eos quidem imperativos corripiat, qui apud priores poetas interdum correpti sunt (*habe, vale, tace, aude*), neque particula *ut* imperativo *cave* subjici potest. Alii, non feliciores, pro *tum his* scribunt *tunc his*, nam Juvenalis, licet in oratione ordinis atque consecutionis notio insit, et ante vocalem et ante consonantem ubique *tunc*, non *tum*, de tempore ponit (*tunc quum* XIII, 40, X, 26, VII, 108, quo loco Hermannus *tum* scribit, sed cfr. v. 111; III, 212 *Si cecidit domus, tunc gemimus* cfr. VI, 122, 235, 607, X, 89, 267, XII, 53), neque pro *quum-tum* usquam *quum-tunc* dixit. (De hiatu in ultimo versus pede metricas rationes tractantes diximus.) Quod ad conjunctivi præsens tempus *(Ut possim contemnere consilium dedisti)* attinet, sententia particulæ *ut* subjecta effectum consilii dati præsentem exprimit: dedisti consilium, quod efficit, ut possim, et exstant apud Juvenalem quatuor huius loquendi generis exempla, quæ suo loco commemorabimus.

In subjecto mutando Juvenalis ultra fines concessos progressus esse nullo modo dici potest, nam quod a tertia verbi persona ad secundam vel a secunda persona ad tertiam nulla subjecti mutati significatione facta sæpius transit, omnium satirarum scriptorum, qui aut personam, quacum colloquuntur, fingunt, aut quorum animo lector obversatur, commune est, et præter formas hinc ortas modo in satira sexta ea loquendi forma frequenter occurrit, quod subjectum, ubi sermo a totius feminarum generis commemoratione ad uxorem exagitandam revertitur, aliquoties insolentius mutatur. Poeta enim, qui hac satira se Postumum a matrimonio ineundo deterrere fingit, quamquam omnes feminas ita degenerasse dicit, ut, qui mente sana sit, de uxore ducenda cogitare posse neget, uxorem multo peiorem quam virgines esse ubique contendit, eam imprimis perstringit atque ad eam semper revertitur, unde fit, ut exstent loci, in quibus, postquam in præcedentibus cunctas feminas accusavit, subito ad uxorem redeat, sed quum lector hoc eius more assuetus subjectum facile suppleat, hi loci nihil duri habent. Si exemplum paullo durius eruendum est, aut locus, qui a v. 235 legitur, annotandus est, ubi poeta, postquam socru in mariti domo nihil peius esse affirmavit, ab huius commemoratione ad uxorem, quam admonitiones matris tetræ corruperint, commemorandam subito transit: *Decipit illa* (socrus) *Custodes aut ære domat, tunc corpore sano Advocat* (filia, uxor) *Archigenen onerosaque pallia jactat*, quo loco Rupertius ad verbum, quod est *advocat*, socrum, ad *jactat* uxorem audiendam esse demonstrare conatur, et alii socrum ubique audiendam esse contendunt — aut ille locus, ubi poeta, postquam feminas ex plebe, si fortuna cogat, nutricis labores ferre dixit, hos versus a v. 593 subjungit:

Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto.
Tantum artes huius, tantum medicamina possunt,

Quæ steriles facit atque homines in ventre necandos
Conducit. Gaude, infelix, atque ipse bibendum
Porrige quidquid erit, nam si distendere vellet
Et vexare uterum pueris salientibus, esses
Aethiopis fortasse pater,

ubi a puerpera ad obstetricem veneficam (*quæ steriles facit*), ab ea ad maritum (*gaude infelix*), inde ad uxorem (*si distendere vellet*), ab ea denique ad maritum (*esses pater*) commemorandum paullo durius transit, et ad verbum, quod est *vellet*, subjectum (uxor tua) non tam ex coharentia sermonis et sequenti patris commemoratione quam ex dativo ad præcedentem imperativum *porrige* omisso arcessendum est — aut denique locus, quem jam commemoravimus (v. 137): *Bis quingena dedit, tanti vocat ille pudicam*, ubi ad verbum, quod est *dedit*, Cæsennia audiri debet.

Tempus in duabus inter se similibus sententiis rarius mutatur, et duplex est ratio: aut enim præsens et futurum aut præsens et perfectum junguntur. Poeta sic in tali sententiarum junctura, in qua jam præsens jam futurum tempus in utraque sententia ponere soleat, interdum alteram per præsens alteram per futurum verbi tempus ita effert, ut notio futuri et præsentis status minus stricte distincta esse videatur: II, 140 *Steriles moriantur, et illis non prodest* (quo loco codices non pauci habent *moriuntur*), VI, 396 *Hæc de comoedis consulit, illa tragoedum commendare volet;* XII, 32 *Niveam reginæ ducimus agnam, Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura*; VIII, 32 *Nanum cuiusdam Atlanta vocamus, Canibus . . . nomen erit pardus, leo, tigris.* Ubi autem in sententia primaria futurum tempus positum est, et pedestris orationis autores in secundaria futurum ponere solent, Juvenalis constantiam temporum fere semper servat, et præsens tempus raro invenitur (cfr. XIV, 185), sed imperativo in sententia primaria posito in sententia, quæ condicionem adjungit, præsens tempus fere semper subjicitur (cfr. VIII, 131,

XIV, 220, 326), raro futurum exactum (VI, 49), nusquam autem futurum tempus (cfr. Hor. Sat. II, 5, 46). quamquam hoc tempus in simili sententiarum conjunctione particulæ *quum* subjungitur: V, 60 *Respice, quum sities, Ganymedem* cfr. VIII, 87, X, 26. Uno loco, qui in sat. II a v. 168 legitur: *Nam si mora longior urbem Indulsit pueris, non unquam deerit amator*, in sententia primaria futurum, in secundaria perfectum tempus positum invenitur. — Præsens et perfectum tempus eadem fere præsentis status vel condicionis significatione poni posse, non pauci loci docent[1]) (a quibus illi segregandi sunt, ubi præsens tempus de re præterita insolenter positum est cfr. XI, 160: *A quibus ipse venit, quorum sub vertice lusit*, XIII, 197, Pers, IV, 2), sed animadvertendum est, Juvenalem (ut inferioris ætatis scriptores) in perfecti usu a prioribus non paullum discedere, et hoc tempus apud eum de re præterita positum interdum etiam rem præsentem et futuram amplecti. Primum enim perfectum tempus et notionem rei præteritæ et statum actione jam finita manentem continet, quamobrem, ubi præsenti tempori adjunctum est, status notio ita interdum prævalet, ut discrimen temporum pæne evanescat; et occurrunt loci, ubi in sententia primaria per perfectum elata status præsentis notio præteritæ actionis significationem ita absorbuerit, ut sententia pendens per præsens tempus

[1]) Omnes locos, qui quidem in sequentibus non commemorentur, annotabo: XII, 91 *Cuncta nitent, longos erexit janua ramos Et matutinis operatur festa lucernis*; XIV, 173 *Nec plura venena Miscuit aut ferro grassatur sæpius ullum Humanæ mentis vitium*; X, 16 *Senecæ hortos clausit et Lateranorum obsidet ædes Tota cohors;* III, 29 *Temporibus, quorum sceleri non invenit ipsa Nomen et a nullo posuit natura metallo*; VII, 18 *Nectit quicunque canoris Eloquium vocale modis laurumque momordit.* Illi loci segregandi sunt, in quibus præsens historicum, quod vocatur, particulæ *postquam* additur, ut XII, 62 *Sed postquam jacuit mare planum postquam Parcæ meliora pe- modica — adest* cfr. XV, 74.

efferretur: XIII, 7 *Sed nec Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris Jacturæ te mergat onus.* Juvenalis deinde ex huius ætatis loquendi usu in iis, quæ et facta sunt et fieri solent, notandis perfecto tempore passim utitur: X, 9 *Torrens dicendi copia multis Et sua mortifera est facundia, viribus ille Confisus periit admirandisque lacertis*, imprimis ubi de re aliqua interrogat, quæ neque facta est neque fieri solet neque futura est: XIII, 240 *Nam quis Peccandi finem posuit sibi?* XV, 161 *Quo nemore umquam Exspiravit aper maioris dentibus apri! Indica tigris agit rabida cum tigride pacem*, et interdum ex iis, quæ evenerunt, regulam, quæ omnia tempora amplectitur, constituens atque ex re facta sententiam generalem efficiens per perfectum tempus eam exponit: XIII, 105 *Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema*; II, 83 *Nemo repente fuit turpissimus.*[1]) Duæ interrogationes interdum sic junguntur, ut altera per perfectum, altera per præsens tempus efferatur: III, 160 *Quis gener hic placuit censu minor atque puellæ Sarcinulis impar? Quis pauper scribitur heres?* XIII, 162 *Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? Cærula quis stupuit Germani lumina?* cfr. VI, 265—266, quumque hoc perfectum, quia indicat id, quod et est et fuit et erit, in præsentis temporis significationem quodammodo transiisse dici possit, inde factum est, ut sententia pendens per præsens tempus interdum pronuntiaretur: VIII, 196 *Mortem sic quisquam exhorruit, ut sit Zelotypus Thymeles*, III, 6,

[1]) Sunt igitur apud Juvenalem ut apud priores poetas aoristi Græcorum vestigia cfr. Hor. A. P. 412 *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci*, Epist. I, 19, 48 *Ludus enim genuit trepidum certamen et iram, Ira truces inimicitias et funebre bellum*; Sat. II, 2, 223 *Quem cepit vitrea fama, Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis*, de quo aoristo Heinrichius et Rupertius multis locis minus recte judicant, ad quod nomen, ubi perfectum et præsens tempus junguntur, fere ubique confugiunt.

Nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non Deterius credas horrere incendia. Durius autem perfectum cum his inter plura præsentia interdum interponitur: XV, 110 *Nunc totus Graias nostrasque habet orbis Athenas: Gallia causidicos docuit facunda Britannos, De conducendo loquitur iam rhetore Thule:* II, 84 *Qui* [illegible] *redimicula sumunt Frontibus et toto posuere monilia collo, Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ:* X, 152 *Additur imperiis Hispania, Pyrenæum Transilit. Opposuit natura Alpemque nivemque. Diducit scopulos et montem rumpit aceto* cfr. Pers. III, 100 *Sed tremor inter vina subit calidumque trientem Excutit e manibus, dentes crepuere retecti. Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.* quæ exempla unius generis non sunt. nam in primo et altero sententia per perfectum elata statum præsentem actione finita manentem magis quam actionem præteritam indicat (Britanni docti sunt), in tertio, id est in loco Persii, eadem sententia caussam exponit, cur actio, quam sententia subsequens per asyndeton posita exprimit, fiat. quamobrem ante *opposuit* et *dentes* graviore signo (:) incidendum est. et conferri possunt loci, qui sunt: VI, 292 *Sævior armis Luxuria incubuit victumque ulciscitur orbem*, X, 227 *ambos Perdidit ille oculos et luscis invidet*, ubi sententia prior caussam actionis vel status continet, quem posterior exponit: quia oculos perdidit, luscis invidet.[1] Nusquam autem apud Juvenalem perfectum et præsens tempus ita junguntur, ut illud actionem, quæ temporis momento fit, hoc statum manentem indicet[2], neque perfectum et plusquamperfectum (in celeri-

---

1) Cfr. Verg. Aen. VI, 747 *Donec longa dies Concretam exemit labem purumque relinquit Aetherium sensum.* Ovid. Metam. XIV, 81 *Incubuit ferro deceptaque decipit omnes.*

2) Cfr. Ov. Met. XIII, 940 *Obstupui dubitoque diu:* Virg. Aen. VIII, [illegible] . . *procubuit super atque hæret lacrimans.*

atis notione exprimenda) juncta inveniuntur [1]), nedum perfectum et imperfectum. [2]) Loci Juvenalis, qui sunt: VI, 194 *Quænam est hic culpa puellæ, si tibi Displicuit casus tuus*, VII, 149 *Accipiat te Gallia, si placuit mercedem imponere lingvœ*, III, 257 *Nam si procubuit axis, quid superest de c rporibus*, offendere non debebant, iam perfectum sententiæ secundariæ, quod in effectu releunte significando rarius poni jam commemoravimus, de re præcedenti atque peracta ponitur, et huc fortasse locus trahi debet, qui in satira VI a v. 659 sic scribitur: *At nunc res agitur. tenui pulmone rubetæ, Sed tamen et ferro, si prægustaret Atrides Pontici ter victi cautus medicamina regis.* Hermannus pro *prægustaret* substituit *prægustabit*, quod tempus in simili sententiarum junctura apud Juvenalem nusquam invenitur et modo ita defendi potest, ut ex verbo sententiæ prægressæ (agitur) ad voces: *Sed tamen et ferro* contra poetæ loquendi usum futurum tempus audiendum esse dicamus. Si *prægustavit* restituatur, locus exemplis supra positis omni a parte respondet. [3]) Ubi utraque sententia ob condicionis notionem per conjunctivum effertur, duobus locis exceptis idem tempus ubique ponitur. Alter locus est in satira quarta, ubi

---

[1]) Ovid. Met. XIII, 582 *Vidit, et ille color palluerat, latuitque in nubibus æther.*

[2]) Ovid. Met. X, 128 *Fessus in herbosa posuit sua corpora terra Cervus, et arborea ducebat frigus ab umbra*, quo loco perfectum tempus præterita et facta exponit, imperfectum statum durantem cfr. II, v. 419, quod loquendi genus apud Sallustium sæpius invenitur (ut Cat. X, 1).

[3]) Fieri tamen potest, quum in satiræ nonæ v. 89: *Commoda præterea jungentur multa caducis, Si numerum, si tres implevero*, scriptura, quæ est *junguntur*, codicum auctoritate defendatur (quemadmodum supra scriptura *prægustaret*), ut poeta et hoc loco *prægustarit* et illic *junguntur* scripserit, utroque enim loco præsens tempus non magis rem præsentem indicare videtur quam rem et præsentem et futuram.

poeta vitia Crispini perstringens a v. 11 hoc scripsit: *Sed nunc de factis levioribus, et tamen alter Si fecisset idem, caderet sub judice morum* (satira Domitiani tempore scripta esse videtur, et genus loquendi notissimum est), alter in septima satira, quo loco Juvenalis ingenium poetæ curis atque inopi vita opprimi docet, his verbis scriptus legitur (a v. 69):

> *Nam si Virgilio puer et tolerabile desit*
> *Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri,*
> *Surda nihil gemeret grave buccina.*

Desit fere omnes codices habent, pauci *deesset*, quam scripturam Hermannus in textu posuit. Prior forma emendationi scholasticorum metro timentium deberi dicitur, sed, quum forma, quæ est *deerit*, (cfr. II, 168) sæpius contrahatur, pro vulgari insolentior forma hoc loco substituitur. Pro plusquamperfecto in utraque sententia vel in alterautra imperfectum poni frequens est, et quemadmodum præsens pro plusquamperfecto non solum in utraque sententia apud poetas positum invenitur, sed etiam in sententia condicionali sola (cfr. Tibull. I, 4, 63 *Carmina ni sint, Ex humero Pelopis non nituisset ebur)*, sic præsens sententiæ condicionalis imperfecto sententiæ primariæ interdum subjicitur (cfr. Tibull. I, 8, 22 *Et faceret, si non æra repulsa sonent*).

Etiam infinitivi præsens et perfectum interdum juncta inveniuntur: VIII, 225 *Hæc opera atque hæ sunt generosi Principis artes Gaudentis foedo peregrina ad pulpita cantu Prostitui Graiæque apium meruisse coronæ*, et poeta infinitivi perfecto tempore talibus locis sæpius utitur, ubi præsens pro eo substitui illud quidem possit, sed significatio aliqua præteriti temporis, quia verba ipsa, quibus infinitivus adjungitur, actionis finitæ notionem continent, remaneat. Talia verba sunt apud Juvenalem: *gaudeo*, *sufficit*, *pudet*, *parum est*, sed interdum omnis

præteriti temporis significatio evanescit, ut post verba, quæ sunt: *licet, volet, decet*: XIV, 271 *Advexisse gaudes lagenas;* XV, 166 *Parum est produxisse*, XV, 170 *Quorum non sufficit iræ Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum Crediderint*[1]) *genus esse cibi*, XI, 202 *Quod pudeat narrasse aliquem præsentibus ipsis*; XI, 200 *Quos cultæ decet assedisse puellæ;* XIV, 185 *Nil vetitum fecisse volet, quem non pudet tegi*, VI, 456 *Soloecismum liceat fecisse marito.* Juvenalis igitur hunc infinitivum liberius ponit quam Horatius[2]) sed ad Persii licentiam non accedit.[3]) Duobus locis infinitivus, qui est *caruisse*, invenitur, et utroque loco pro infinitivi præsenti tempore positus esse dicitur. In satira enim sexta poeta, ubi feminas superstitiosas commemorat, eas modo ei Chaldæo fidere dicit (a v. 564):

Cui vix in Cyclada mitti
Contigit et parva tandem caruisse Seripho

---

[1]) Cfr. Hor. Od. V, 1 *Coelo tonantem credidimus Jovem Regnare;* Epist. I, 2, 5 *Cur ita crediderim audi*, et sic non solum poetæ sed scriptores quoque argenteæ ætatis, imprimis Tacitus, perfecto, quod est *credidi*, præsentis prope significationem subjicere videntur.

[2]) Horatius in satiris et epistolis modo verbis, quæ sunt: *volo, nolo, amo, cupio, curo, laboro, timeo, caveo*, in quibus inest voluntatis atque studii significatio, infinitivum addit: cfr. Sat. I, 2, 28; 10, 60; II, 3, 187, Epist. II, 2, 109, A. P. 98, 168, 347, 416, 435, 455.

[3]) Persius non solum verbis voluntatis atque potestatis infinitivum adjungit (ut I, 91 *Qui me volet incurvasse querela*, IV, 7 *Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ*), sed etiam verbis, quæ sunt: *permitto, recuso, scio, jubeo*, quin etiam adjectivis *doctus* atque *præstans* et substantivo *opifex* eum addit: I, 42, 86, 132, IV, 17, V, 17, V, 23, 33, VI, 4, 77, 17, quo loco talis infinitivus præsenti tempori adjungitur: *Recusem Curvus ob id minui senio aut coenare sine uncto Et signum in vapida naso tetigisse lagena* VI, 5—6, II, 66—67.

et in satira XI, quo loco decoctorem nobilem ex urbe fugientem describit, a v. 52 hæc subjungit:

Ille dolor solus patriam fugientibus, illa
Moestitia est, caruisse anno circensibus uno.
Sanguinis in facie non hæret gutta, morantur
Pauci ridiculum fugientem ex urbe pudorem.

Verbum *contigit* et locutio *moestitia est*, quibus infinitivus *caruisse* his locis additur, eiusmodi sunt, quibus ab argenteæ ætatis scriptoribus, quamvis infinitivi præsens tempus nullo fere significationis discrimine iis addatur, infinitivi perfectum tempus ita subjunctum inveniatur, ut præteriti temporis notio remaneat. In priore enim loco status mutati (insulæ relictæ) significatio in infinitivo inest, et in altero, quem Rupertius sic enarrat: »hoc tantum dolent, quod aliquamdiu Circensibus carent«, poeta non, quod Rupertii verba indicant, de moestitia post fugam loquitur, sed ipsam fugam, quod sequentes versus satis declarant, tam manifesto exprimit, ut ipsum fugientem decoctorem ex urbe egredientem nequedum porta egressum videamus. *Caruisse* hic non ita pro eo, quod est *carere*, ponitur, ut huic futuri temporis notio subjici possit. In ipso carendi verbo, quod ex Juvenalis locis solis satis elucet, duplex significatio inest: aut statum aliquem desiderantis aut statu aliquo gaudentis est; de bono, quod desideratur, his locis positum invenitur: III, 56 *Careo somno;* I, 59 *Carere sensu*, VIII, 5 *Statua carens naso*, de malo, quo quis liber est, his: X, 37 *Animus mortis terrore carens*, XIII, 157 *Morbis carebis et effugies luctum* cfr. VII, 57, XIV, 60. Rupertius cum recentioribus interpretibus in priore exemplo alteram, in altero priorem significationem verbo subjicere videntur. Quemadmodum autem in priore verbum *caruisse* de malo, quo quis liberatus est, pŏnitur, et voces, quæ sunt: *caruisse Seripho*, idem necessario valent atque *Seriphi exilio liberari*, sic in altero homo fugiens certe moeret, quod in eo est,

ut circensibus aliquamdiu careat, nam circenses inter bona vitæ numerat, sed quum hæc futuri magis quam præsentis status significatio infinitivo, qui est *caruisse*, licet post *moestitia est* in præsentis fere temporis significationem transierit, subjici vix possit, poetam suum de circensibus judicium (circenses non bonum sed malum esse; eos enim ubique exagitat) cum illius fugientis viri de iisdem circensibus judicio more suo miscentem et circenses malam rem judicantem hæc verba ita dicere crediderim, ut infinitivus *caruisse* eadem significatione atque priore loco positus sit (cfr. Hor. Epist. I, 1, 41 *Virtus est vitium fugere et sapientia prima Stultitia caruisse)*[1]).

Quod denique ad modorum mutationem attinet, in duabus inter se similibus sententiis conjunctivus et indicativus modus interdum ponuntur, sed quanquam poetam utramque sententiam per eundem modum pronuntiare potuisse facile concesserim, conjunctivus tamen modus plerisque locis talem notionem continet, ut omne discrimen vix tollatur. In satira XI, quo loco poeta ad sententiam, quæ est *γνῶθι σεαυτόν*, laudandam transit, a v. 23 hi versus leguntur:

[1]) Poeta in sat. quintæ v. 76: *Scilicet hoc fuerat, propter quod sæpe cucurri*, indicativi plusquamperfectum insolentius posuit (quod loquendi genus et apud Sallustium et apud Ovidium in verbi forma, quæ est *fuerat*, sæpius invenitur cfr. Her. V, 69, et Ep. e. P. III, 3, 37 *Nec satis id fuerat*), et sic interdum — sed raro — plusquamperfectum in sententia secundaria ponitur (X, 271: *Exitus ille* (Priami) *utcunque hominis, sed torva canino Latravit rictu, quæ post hunc vixerat uxor*, IX, 96 *Qui modo secretum commiserat, ardet et odit, Tamquam prodiderim quidquid scio*, I, 63 *Nonne libet medio ceras implere capaces Quadrivio, quum jam sexta cervice feratur, ... qui se lautum atque beatum Exiguis tabulis et gemma fecerat uda*, quo loco non pauci codices pro *fecerat* habent *fecerit*), et sententia primaria aut per præsens aut per perfectum ita effertur, ut pro plusquamperfecto perfectum tempus exspectetur, qui loquendi usus eo insolentior est, quod Juvenalis in imperfecti atque plusquamperfecti usu pedestris orationis regulis obtemperat.

Despicias, qui scit, quanto sublimior Atlas
Omnibus in Lybya sit montibus, hic tamen idem
Ignoret, quantum ferrata distet ab arca
Sacculus.

Nonnulli codices *Ignorat* habent, sed optimi *Ignoret*, quam scripturam Heinrichius »ob vulgarem modorum varietatem« præferendam esse censet. Verum modorum varietas apud Juvenalem neque vulgaris est neque ulla regula, cui obtemperare possis, continetur. Pronomen demonstrativum *hic*, quod omnium codicum consensu defenditur, insolentiorem juncturam præbet, sed particula condicionalis, quam a Juvenale non raro omissam esse vidimus, non audienda est, et forma orationis ita immutata est, ut ignoratio esse statuatur. Pronomen relativum, non solum ubi oratio adversative continuetur, sed etiam ubi nominativo vel accusativo casu positum in simili sententia repeti vel omitti soleat, in demonstrativum etiam in prosa oratione transire posse, satis notum est (quod loquendi genus in simplici sententiarum conjunctione et rerum narratione apud poetas passim invenitur cfr. Ovid. Met. X, 645 *Quam mihi prisci Sacravere senes templisque accedere dotem Hanc jussere mei).* In satira XV, ubi hæc a v. 66 scripta sunt: *Nec hunc lapidem . . . Quo Tydides percussit pondere coxam Aeneæ, sed quem valeant emittere dextræ*, et in eadem satira, quo loco poeta sic scripsit (a v. 169): *Quorum non sufficit iræ . . . sed [qui] crediderint*, nulla simplex modi mutatio inest, sed uterque conjunctivus eandem, ut ita dicam, dubitativam significationem continet (quem pro suis quemque viribus emittere posse putes: quos credidisse probabile est), neque hic locus: IV, 102 *Quis enim jam non intelligat artes Patricias? Quis priscum illud miratur acumen, Brute, tuum*, insolentioris modi mutationis exemplum præbere jure dicitur, nam duæ re vera diversæ interrogationes se excipiunt, quod loquendi

genus alio huius disputationis loco jam commemoravimus. Poeta omnino, ubi cogitationem eam, quam promit, ita exponit, ut simili sententiarum, quas periodus continet, forma instituta oratio ad finem perduci soleat, orationem variare amat, cuius, non enormitatis, sed poetarum communis loquendi usus multa exempla [1]) afferri possunt, verum nusquam orationem ita variat, ut grammaticæ rationes perturbentur. Insolentior igitur modorum mutatio, qua Heinrichius mire delectatur, et ad quam sæpe confugit, fere tota tollenda est vel ita circumscribenda, ut angustissimis finibus contineatur, nam re vera modo duo loci exstant, ubi modus insolentius mutatus esse videatur. In satira enim septima, ubi poeta sic scripsit (a v. 184): *Veniet, qui fercula docte Componat, veniet, qui pulmentaria condit*, indicativus, qui est *condit*, conjunctivum prægressum durius excipit, et poeta in tali sententia conjunctivum ponere solet (cfr. VIII, 50: *Veniet de plebe togata, Qui juris nodos et legum ænigmata solvat).* Optimi autem codices consentiunt; Heinrichius sane pro *condit* scribit *condat*, Jahnius *condiat*, sed passim apud poetas in structura, in qua

[1]) VII, 222 *Dummodo non pereat, medio quod noctis ab hora sedisti . . Dummodo non pereat, totidem olfecisse lucernas;* X, 155 *Nisi Poeno milite portas Frangimus et media vexillum pono Subura*; X, 148 *Africa . . Percussa oceano Niloque admota tepenti Rursus ad Aethiopum populos*; VIII, 6, 9, 13 *Quid prodest . . quis fructus, . . quo effigies . . . cur gaudeat, si*; IX, 104 *Claude fenestras, Vela tegant rimas, junge ostia, tollito lumen.* Sic indicativus et conjunctivus quoque modus orationis forma paullum mutata se excipiunt: III, 100 *Rides, maiore cachinno Concutitur, igniculum brumæ si tempore poscas, accipit endromiden, si dixeris „æstuo" sudat*; VI, 503 *Andromachen a fronte videbis, post minor est, credas aliam*, et crebro, ut in priore exemplo, post particulam *si* indicativus secundæ personæ in conjunctivum ita transit, ut indicativus sententiæ primariæ conjunctivi rationem prodat, crebro, ut in altero exemplo, indicativi altera futuri temporis persona ob similitudinem notionis in conjunctivi secundam personam generalis subjecti loco fictam transit.

jam indicativum jam conjunctivum ponunt, imprimis ubi duæ sententiæ pendentes uni verbo vel duæ sententiæ secundariæ uni conjunctioni subjunguntur, in priore, quæ voci caussam conjunctivi continenti artius adjungitur, conjunctivus modus, in altera indicativus positus invenitur. Idem loquendi genus in satiræ XIII v. 86—89 sine dubio reperitur. Poeta hæc dicit:

Sunt in fortunæ qui casibus omnia ponunt
Et nullo credunt mundum rectore moveri,
Natura volvente vices et lucis et anni.
Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.

Pro Sunt in fortunæ qui alii *Sunt qui in fortunæ jam* scribunt, sed in thesi primi versus pedis longa vocalis ante monosyllabam vocem non eliditur. Hermannus pro *ponunt* et *credunt* ex optimis codicibus *ponant* et *credant* jure in textu posuit. Duobus certe locis sine ulla codicum dissensione post voces *Sunt qui* indicativus modus positus invenitur (V, 130, XIII, 233), uno loco (VIII, 37) codices dissentiunt, sed quum subjectum utroque loco addatur (*Plurima sunt; Hi sunt*), quumque conjunctivus, ubi subjectum non ponitur, multis locis inveniatur (IV, 70, V, 73, VI, 73, 259, 480; IX, 112, XII, 233), quamquam indicativus modus uno loco vocibus, quæ sunt *existunt qui*, addatur (XII, 101), codicibus, qui conjunctivum habent, obtemperandum esse censeo. Priores poetas jam indicativum jam conjunctivum vocibus *sunt qui* subjicere notum est; Horatius in satiris indicativum iis addit (I, 4, 24, II, 1, 1, 4, 47), in epistolis autem conjunctivum.

Hac disputationis parte absoluta, quoniam conjunctivi mentio incidit, hoc tantum subjungam, particulis, quæ sunt *quamquam*, *donec*, *dum* (= donec), conjunctivum apud Juvenalem semper addi (cir. II, 5, V, 122, VI, 89, 484, XI, 205, XII, 25, XIII, 39) et particulæ *forsitan* duobus locis indicativi futurum tempus subjici:

XII, 125 *Atque omnia soli Forsan Pacuvio breviter dabit*, XIV, 296 *Infelix hac forsitan ipsa Nocte cadet*, quo loco multi codices habent *cadit*, quæ scriptura, quum hæc particula apud Juvenalem his locis exceptis conjunctivum modum ubique asciscat, præferri non debet. Priores autem poetæ indicativum ei passim addunt cfr. Virg. Aen. IV, 19 *Huic uni forsan potui succumbere culpæ*[1]).

[1]) Quod in satira decima (v. 123): *Antoni gladios potuit contemnere, si sic Omnia dixisset*, perfectum tempus in sententia primaria positum est, non tam insolita est forma, ut dubitationem exitare debuerit, nam in prosa quoque oratione invenitur. Loquendi autem formæ, quæ sunt: Ovid. Met. I, 679 *Nec si rescindere posses, nunc aderas*; Virg. Aen. II, 55 *Si mens non læva fuisset, Impulerat*, quæque passim apud poetas occurrunt, apud Juvenalem non inveniuntur.

De casibus.

In singulis casibus ponendis Juvenalis aliis loquendi formis, quæ apud priores poetas frequentes sunt, omnino abstinet — *accusativo* loci verbis veniendi, deveniendi, similibus adjuncto et accusativo reflexivæ passivi significationi addito vel adjectivi notionem explente; *dativo* locum, quo motus aliquis tendit, indicante vel verbis pugnandi adjuncto, *genetivo* adjectivis atque participiis, quæ vacationem rei significant, vel adjectivis, quæ sunt, ut ex Horatii satiris exempla sumam, benignus, docilis, lassus, similia, vel verbis implendi, desinendi, abstinendi, invidendi addito et genitivo substantivi neutri adjectivi (singulari vel plurali numero positi) generi adjuncto — aliis parce utitur — sic, ut exempla nonnulla ponam, accusativus participio passivi uno tantum loco additur: VIII, 16 *Attritus lumbum pumice*, genetivus ita adjectivi nominativo vel accusativo casui adjunctus, ut notio partis præ notione qualitatis evanescat, modo vocibus, quæ sunt *idem*, *multum*, *ultima* additur cfr. III 285, VI, 217, X, 55; genetivus denique relationis pro ablativo adjectivo adjunctus semel tantum invenitur: XIV, 119 *Et pater ergo animi felices credit avaros*, quo loco nonnulli codices, quibus fortasse parendum est, pro *felices* habent *felicis*) — quamobrem, quum poeta regulis pedestris orationis prope obtemperat, hic modo, intra quos fines ab illis discedat, paucis adumbrabo.

Accusativus rei verbis intransitivis crebro adjungitur: XI, 152 *Suspirat matrem*; VIII, 152 *Trepidat occursum* [1]); XIV, 266 *Rectum descendere funem* cfr. II, 3, VI, 426, X, 21, XI, 128, VII, 27, et accusativus pronominis indefiniti verbo credendi cum dativo juncto ex abundanti adjicitur: X, 246 *Si quidquam credis Homero*, IV, 53 *Si quid credimus Palfurio;* X, 68 *Si quid mihi credis. Dativus* adjectivis, quæ sunt *diversus, similis, dissimilis* [2]), atque verbis *jungendi, hærendi, comparandi* additur (cfr. II, 33, V, 132, VI, 7, X, 3, XIV, 51, XV, 68 — II, 137, III, 223, VI, 41, 448, VII, 227 — X, 144, XI, 130, XII, 21, XIII, 65, 121, XIV, 19), et dativus personæ agentis non solum passivi finitis temporibus [3]) sed participio quoque passivi adjungitur: XV, 98 *Dicta mihi gens*, VI, 588 *Civis formidatus Othoni* [4]). Occurrunt certe loci, ubi, quia ex ipsa vocis forma non elucet, utrum dativus an ablativus tali participio adjunctus sit, res utroque trahatur: XIII, 48 *Vota exaudita numinibus* [5]), XII, 40 *Lances Parthenio factas*, VI, 52 *Proavis habitatas silvas*, XII, 25, *Pars cognita multis* cfr. XIII, 9, X, 62 *Caput adoratum populo*, et conferuntur loci, qui sunt: XIII, 136 *Lectis diversa parte tabellis*, II, 103 *Res memoranda novis annalibus atque recenti historia*, quamobrem, quum poeta non raro ablativum personæ agentis passivi finitis temporibus ad-

---

[1]) Verbo trepidandi duobus locis particula *ne* de eo, quod metuitur, subjicitur: I, 97 *Trepidat ne suppositus venias ac falso nomine poscas;* XIV, 64 *Trepidas, ne stercore foeda canino Atria displiceant.*

[2]) Modo in sat. X v. 192 *Vultum dissimilem sui* genetivus invenitur.

[3]) Sat. VI, 45 *Quæritur illi*; VI, 73 *Solvitur his*, quod idem in prosa oratione, ubi emolumentum actionis, quæ repræsentatur, in subjectum actionis redundat, interdum fit.

[4]) Hor. Epist. II, 1, 247 *Dilecti tibi poetæ*, Virg. Aen. IV, 31 *Dilecta sorori.*

[5]) Hor. A. P. 50 *Cinctutis non exaudita Cethegis.*

dat[1]), res dubia videri potest, sed quum non solum poetæ verum etiam argenteæ ætatis scriptores dativum personæ passivi participio crebro adjungant, Juvenalis sine dubio hunc loquendi usum imitatus est. Restant autem duo illi loci, ubi ablativus non solum passivi participio sed etiam gerundivo additus est *(lectis diversa parte, memoranda annalibus atque historia)*, verum Juvenalis præpositiones, quæ sunt *a*, *e*, *in*, sæpe omittit et ablativum nudum ponit. Ablativus sic de loco ponitur, unde aliquid venit vel arcessitur[2]), unde motus aliquis exit[3]) vel distantia aliqua [4]), de loco, a quo abitur vel disceditur[5]), de loco, ubi quis versatur vel quid agit[6]), de

[1]) Sat. III, 91 *Quo mordetur gallina marito*; XIII, 124 *Curentur dubii medicis maioribus ægri*; II, 13 *Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ*. Multi voces *medico ridente* ablativorum consequentiæ exemplum præbere putant, sed medicus mariscas cædit; in exemplo autem præcedenti res dubia est; crediderim tamen, Juvenalem more suo præpositionem *a* omisisse, nam locus ab iis diversus est, in quibus poeta dativum personæ passivi finitis temporibus addit.

[2]) Sat. V, 148 *Tamquam diversis partibus mundi Anxia præcipiti venisset epistola pinna;* XII, 104 *Bellua furva gente petita* (cfr. Hor. Sat. II, 2, 120 *Piscibus urbe petitis*); III, 181 *Aliena sumitur arca* cfr. VII, 158, XII, 48. Horatius talem ablativum verbis nonnullis cum *ex* compositis, qualia sunt *ejicere, extrahere, eruere, emetiri* addit cfr. Sat. I, 4, 25; 8, 8; II, 5, 94; 2, 106, quem loquendi usum Juvenalis non imitatus est. Persius II, 31 *Cunis exemit puerum*; Ovid. Met. III, 314 *Cunis educit.*

[3]) Sat. III, 271 *Fenestris vasa cadunt*; X, 43 *Volucrem, sceptro quæ surgit eburno.*

[4]) Sat. III, 270 *Quod spatium tectis sublimibus unde cerebrum Testa ferit.*

[5]) Sat. I, 130 *Vestibulis abeunt*; III, 29 *Cedamus patria.*

[6]) Sat. XIII, 41 *Et privatus adhuc Idæis Juppiter antris*; V, 138 *Nullus tibi aula Luserit Æneas* cfr. VI, 82, XIII, 68, XIV, 267. Crebro tamen præposito additur: X, 239 *Quod steterat multis in carcere fornicis annis*; X, 93 *Angusta in rupe sedentis*, quæ exempla eo insolentiora sunt, quia ablativus sine præpositione verbis, quæ sunt: *sedeo, jaceo, sto, pendeo, pono*, fere ubique adjungitur cfr. I, 90, 136, VII, 46, VIII, 46 X, 156, 213, XI, 82, 131, XIV, 82, 167.

loco denique, ubi aliquid invenitur vel ostenditur[1]). Frequens est etiam apud Juvenalem ille loquendi usus, quod, verbo omisso, substantivum locum, ubi aliquid invenitur, indicans et a præpositione *in* pendens substantivo adjungitur (ita plerumque, ut præpositio cum suo casu inter hoc et adjectivum ei adhærens interponatur): I, 104 *Molles in aure fenestræ*, III, 132 *In legione tribuni*, 176 *In gremio matris infans*, IV, 97 *In nobilitate senectus*, VI, 228 *Virides in limine ramos*, VII, 145 *Rara in tenui facundia panno*, VIII, 61 *Primus in æquore pulvis* cfr. VII, 107, X, 136, 306, XI, 80, XV, 50. Ablativus deinde verbo, quod est *distare*[2]), additur: XIV, 98 *Nec distare putant humana carne suillam*; ablativus vasorum, quæ cibum vel potionem continent, verbis coenandi atque bibendi semper adjungitur: III 168 *Fictilibus coenare*; VI 304 *Quum bibitur concha;* II, 95 *Vitreo bibit ille Priapo* cfr. X, 25; duriora denique ablativi instrumenti exempla loci præbent, qui sunt: III, 240 *Ingenti currit super ora Liburno;* XV, 49 *Virorum saltatus nigro tibicine*[3]). In genetivi usu nihil singulare[4]) invenitur.

---

[1]) III, 68 *Ceromatico fert niceteria collo*, II, 41 *Hirsuto spirant opobalsama collo*, VIII, 208 *Longo jactetur spira galero*; VI. 588 *Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum*, V, 85 *Exigua feralis coena patella.*

[2]) Apud Horatium et huic verbo et verbis *discrepandi*, *discordandi*, *differendi* dativum addi notum est.

[3]) Cfr. Hor. Epist. I, 19, 13 *Exiguæque togæ simulet textore Catonem.*

[4]) Genetivi, quos Heinrichius insolentiores vocat (III, 48 *Exstinctæ corpus non utile dextræ*, VII, 23 *Croceæ membrana tabellæ*, XII, 82 *Tuti stagna sinus*) ad cohærentiæ significationem referendi sunt, neque insolentiores sunt quam: VII, 120 *Vas pelamydum* vel VII, 175 *Tessera frumenti*. Verbum *egendi* Juvenalis jam cum genetivo, jam cum ablativo pronominis relativi jungit: VII, 61 *Quo corpus eget*, XV, 147, *Cuius egent prona et terram spectantia.* Poetam pro vocativo nominativum ponere solere jam commemoravimus.

De notionibus transferendis.

Initium a noto illo loquendi usu faciemus, quod effectus vel status, qui efficitur, ipsi efficienti rei subjicitur: sic ob pallorem mortui *mors pallida* fit, *febris*, quia somnum ægro eripit, *vigil* (XIII, 229), *cicuta gelida* (VII, 206), *hiems deformis* (IV, 58) *pecten*, quia chordas crispat, *crispus* (VI, 32), *porta*, quæ custodienda est domino sollicito, non, quomodo vulgo explicant, »ob similitudinem portæ oppugnationem metuentis adeoque valde munitæ«, *sollicita* (cfr. Hor. Sat. II, 6, 78 *Si quis nam laudat Arelli Sollicitas ignarus opes)*; *fenestræ caligantes* (VI, 31), et simili modo *Hæmus* et *Bathyllus*, quia in mimis molles feminarum partes agunt, *molles* vocantur (VI, 63, III, 39). *Venenum nigrum* vel *atrum* vel *lividum* est, unde poeta latius rem extendit, atque livorem veneni ad cibum, in quo venenum latet, transfert, ita ut *adipata* matris veneficæ *livida* fiant (VI, 631). Quemadmodum status, qui efficitur, ipsi rei, quæ vim efficiendi habet, adjungitur, sic status, in quem persona incidere solet, attributive ei interdum additur, et *Codrus*, quia recitando raucus fit, *raucus* vocatur (I, 2), cum quo usu is proxime cohæret, quod status, qui actione aliena efficitur, ipsi actionis objecto prædicative additur (ex prædicativo e[illegible] usu ea loquendi forma, quæ prolepsis ad-

jectivi vocatur, orta esse videtur, et inter varia notionum transferendarum genera recipienda est), cuius formæ exempla, qua Juvenalis rarius quam priores poetæ utitur, proferre supersedeo, et modo unum, qui ultimos huius loquendi usus fines attingit, afferam: *Clementia senibus porcis indulget* (VI, 160). Affectus deinde animi vel virtutes vitiaque humana vel status condicionesque hominis a persona agente ad rem inanimatam, in cuius usu quodammodo apparent, vel ad objectum actionis ita transferuntur, ut aut, persona agente posita, affectus vel qualitas a lectore cum persona potius quam cum re jungatur, et adjectivum ab eo substantivo, ad quod pertinet, (imprimis a subjecto) divulsum alii substantivo (et quidem objecto vel instrumento, quo actio fit) adjunctum esse videatur: *Isis irato sistro ferit* (XIII, 93), *Munit castra pigra dolabra* (VIII, 248), *Garrula narrare gaudent pericula Nautæ* (XII, 82), aut, omni personæ agentis commemoratione sublata, duplex ratio oriatur. Aut enim notio aliqua a persona ad rem ita transfertur, ut, quamquam nulla persona commemoretur, personæ notio lectoris animo obversetur: *Locuples podagra* (XIII, 96), *Esuriens ramus olivæ* (XIII, 99), *Fallax urna* (XIII, 4), *Ingratum aratrum* (X, 270), *Mores prætextati* (II, 170), *Nidus loquax* (V, 144), aut humani status, condiciones, qualitates, actiones, affectus (imprimis vox, sensus, vita, mors, vestis, motus) rebus inanimatis ita attribuuntur, ut de persona nulla cogitetur. Qui loquendi usus quum frequentissimus sit, modo pauca paullo insolentiora exempla afferam: *Mirans aratrum* (XIII, 65), *Sterile aratrum* (VII, 40), *Captator macellum* (VI, 40), *Insulsa et fatua hipennis* (VI, 658), *Pervigil popina* (VIII, 158). Notiones præterea, quas vulgaris loquendi usus in certo statu certisque condicionibus definiendis ponere solet, ad alios status, condiciones, quæ similitudinem quandam continent, transferuntur, ut exempli caussa *color*, notione a materia

ad colorem translata, *crassus* et *durus* (IX, 29) vocatur, adjectivum, quod est *tantus*, substantivo *sangvis* adjungitur cfr. *amicitia magna* (V, 14); et verba nonnulla, quæ de certis actionibus dici solent, in aliis actionibus per imaginem exprimendis ponuntur, ut verbum *ædificandi* de coma componenda ponitur (VI, 503), verbum pugnandi de sermone: *Curvum sermone rotato Torqueat enthymema* (VI, 499) cfr. *Orator maximus et jaculator* (VII, 193), verbum siccandi cum accusativo et vasorum et potionis: *Siccabis calicem* (V, 47) *Siccato nectare* (XIII, 44). Huic metaphoræ generi ea proxime subjungi potest, quod pro notione substantivi, quæ exprimenda est, alia notio substituitur, quæ ad eandem rem per audacem sæpe imaginem repræsentandam apta est, ut *Oestrus* (IV, 123) pro furore dicitur, *urtica* pro libidine (II, 128) vel irritamento libidinis (XI, 168), *Venusina lucerna* (I, 51) pro satira, *supercilium* (V, 62) pro fastu, *una lacerta* (III, 230) pro parvo agello. Inter translationum genera etiam notus ille poetarum usus recipiendus est, quod pro adverbiis, quibus tempus aliquod definitur, adjectiva ponuntur, et notio temporis cum subjecto vel cum loco, ubi agitur, rarius cum objecto, conjungitur, nam, quamquam notio adverbii remanet et inter legendum concipitur, translatio quædam oritur: *Rara jugo victoria sedet* (VIII, 63), *Rarus venit in coenacula miles* (XI, 18), *Matutino Tiberi mergetur* (VI, 523), *Longo castrorum in carcere mansit* (VI, 561), *Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.* Jam hæc, quæ commemoravimus, translationum genera cum alio (ex alio fonte orto) translationis genere junguntur. quo fit, ut partim notiones abstractæ, quæ vocantur, non solum pro concretis ponantur sed humaniter etiam agentes depingantur, partim notio primaria secundaria fiat. Pro substantivo enim cum adjectivo adhærenti, adjectivo in substantivum transformato et substantivo genetivo casu posito, adjectivi notio substantivi loco ponitur et aut sub-

jectum agens aut objectum actionis fit: *Prodiga corruptoris Improbitas ipsos audet tentare parentes* (X, 304), *Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi Implevitque sinus* (IV, 39), *Tu scabie frueris mali* (V, 153), *Sordes farris mordere canini* (V, 11), *Omnes violæ jactabo colores* (XII, 90), *Albani veteris senectus displicet* (XIII, 214), cfr. I, 10, 90, 140, II, 4, 143, III, 118, 304, IV, 6, 72, V, 9, VI, 40, 255, et genetivi notionem primariam esse, inde etiam apparet, quod apud Juvenalem pronomen vel adjectivum sequens genere genetivi poni solet: *minor* (rhombi spatium IV, 39), *hanc* (orbem coronæ X, 41). Crebro sic materiæ, unde res effecta est, notio primaria subjicitur, et res effecta, quæ re vera notionem primariam continet, genetivo casu ponitur: *poculi aurum, vestis lana*, et crebro pars vel qualitas personæ, genetivo personæ addito, pro persona agente dicitur: *Montani venter adest* (IV, 107), *Venit et Crispi jucunda senectus* IV, 81), *Chrysippus non dicet idem nec mite Thaletis ingenium* (XIII, 184), unde usus ille ita extenditur, ut materia sola pro re ex materia facta et pars personæ (imprimis caput, ingven, facies, frons) vel rei pro persona vel re ponatur: *Buxum* (pro pectine buxeo XIV, 194), *Latum aurum* (pro lato poculo aureo X, 27), *Longum aurum* (pro longo torque aureo VI, 589); *Aurum digiti* (X, 27), *Calamus* (pro sagitta XII, 80), *æs* pro tuba, *trabs, puppis, prora, carina* pronavi; cfr. *Tantum valet halitus oris, Quod steterat multis in carcere fornicis annis* (X, 238), *Sangvis et cervix iret ferienda* (XII 14), cui parti pro persona positæ artes humanæ attribuuntur: *Cana gula* (XIV, 10), *Artifex os* (X, 328). Rarius persona pro parte personæ ponitur, et interdum persona cum parte aliarum personarum, non cum ipsis personis, jungitur: *Plenæ sororibus urnæ* (X, 242), *Hectore funus portante et reliquis fratrum corporibus* (X, 259), *Pueris et frontibus puellarum* (XII, 117). Quem-

madmodum pars ita pro persona ponitur, sic non raro id, quod insigne vel proprium hominis alicuius est, pro homine poni solet, ut *fasces* pro consule, *cithara* pro citharoedo, *officia* vel *sportula* pro clientibus, *aratrum* pro aratore, quod ad res quoque et notiones abstractas extenditur: *laurus* pro victoria ponitur, *persona* pro mimo, *syrma*, *cothurni* pro tragoedia siml., quæ notiones actionem quoque peragunt et humaniter agentes inducuntur: *Officia præcedunt* (X, 45), *Sportula laudat Fœsidium* (XIII, 83), *Bos ab ingrato jam fastiditus aratro* (X, 270), unde factum est, ut notiones abstractæ pro concretis ita interdum ponerentur, ut notio tamen personæ agentis non plane evanesceret: *Conjugii sangvis* (VIII, 219), *Libidine saltante* (VI, 318), *Vitium ferro grassatur* (XIV, 174), *Vitia ultima contemnunt et remordent* (II, 34), quæ exempla apud Juvenalem crebriora, quam vulgo putetur, esse crediderim. In satira XIII, postquam poeta scelerati hominis de deorum poena cogitationes exposuit, sic a v. 106 scriptum est:

Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmant. Tunc te sacra ad delubra vocantem
Præcedit, trahere immo ultro ac vexare paratus.

quo loco Heinrichius numerum »more poetæ« mutatum esse dicit, et alii, inter quos Hermannus, pro *confirmant. Tunc*, quam scripturam optimi codices habent, *confirmans tunc* scribunt, alii *confirmat* substituunt. Etiam Jahnius, quamquam codex Pithoeanus habet *confirmant*, *confirmat* in textu posuit. Numeri mutatio, quod jam vidimus, apud Juvenalem certos fines non egreditur: aut enim poeta, uno vitii alicuius exemplo prolato, per pluralem numerum omnes homines, qui eo laborant, complectitur, aut, toto genere commemorato, exemplum sumit. Hic locus a regula declinare videtur, nam poeta a tacitis hominis scelesti cogitationibus ad ipsum hominem certius definiendum

ransgrediens exemplo nondum absoluto eam, quæ exemplum sequi solet, totius generis commemorationem interruit, et, si hunc locum cum exemplo supra allato (II, 14) comparaverimus:

Nonne igitur jure ac merito vitia ultima fictos
Contemnunt Scauros et castigata remordent!
Non tulit ex illis torvum Laronia quendam

oetam utroque loco post verba alterius ipsum propositum persequentem videbimus, neque dubium erit, quin voces, quæ sunt *diræ culpæ*, subjecti locum teneant. Scriptura igitur præstantissimi codicis, quæ est *confirmant*, tenenda est. In satira sexta, ubi poeta, garrula femina nobis proposita, ad aliud muliebre vitium describendum sic transit (v. 413):

Nec tamen id vitium magis intolerabile quam quæ
Vicinos humiles rapere et concidere loris
Exorata solet

alii pro *quæ* non paucos verum deteriores codices secuti *quod* substituunt (sed remanet *exorata*), alii, inter quos Heinrichius, pronomen demonstrativum *eius* omissum esse contendunt, quam ut omissionem probent, alterum ex Juvenale locum, ubi similis omissio facta sit, afferunt. Est ille locus in satira prima, ubi poeta infamem delatorem commemorans a v. 160 hæc dicit:

Quum veniet contra, digito compesce labellum:
Accusator erit, qui verbum dixerit »hic est«.

quem locum sic explicant, ut *eius* ante sententiam relativam omissum esse dicant. Quod si ex nullis aliis locis omissio defendi posset, ea certe enarratio, quam grammatica ratio commendat: is, qui verbum dixerit »hic est«, accusator erit (quamobrem infamis delator eum occupare conabitur) præferenda erat — et locum sic accipiendum esse putaverim —,

sed pronomen demonstrativum, quod sententiam relativam constituit, ubi objectum sententiæ est, ante relativum pronomen omitti potest, quamobrem, quum pronomen, quod omissum esse dicitur, objecti locum teneat (accusator erit, qui = accusabit, qui), omissio defendi potest. Hoc autem apparet, hunc locum cum eo, quem tractamus, nullo modo comparari posse, nam aliud est, pronomen demonstrativum, quod eandem notionem atque pronomen relativum sequens exprimit et objecti locum tenet, omitti posse, aliud pronomen in comparando ita omitti, ut persona cum re confundatur, neque Juvenalis usquam sic dixit. Etiam in prosa oratione, si in substantivo neutri generis, quale est monstrum, prodigium, siml., notio personæ lateat, pronomens sequens genere masculino vel feminino efferri, notissima res est, et poeta *id vitium* scribens de vitiosa femina cogitavit, neque insolentius hoc loco scripsit quam in satira XIII, ubi a v. 174 hi versus scripti sunt:

Nullane perjuri capitis fraudisque nefandæ
Poena erit? Abreptum crede hunc graviore catena

et pronomen demonstrativum, quod est *hunc*, simili modo positum est [1]). Sed ad propositum redeamus.

---

[1]) Quum hi loci tum ceteri Juvenalis loci, in quibus talis hominis cum re confusio inesse dicitur, ex eodem abstracti pro concreto usu magnam partem profecti sunt: *Prætor similis triumpho* (XI, 194), *Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno* (VII, 72), *Nec erit felicior astro Martis* (X, 313). Heinrichius exemplorum numerum augens hæc addit: *Sermo Isæo torrentior* (III, 74). *Dis æqua potestas* (IV, 71), *Præfectura domus Sicula non mitior aula* (VI, 486), *Miratur vocem angustam* (amici), *qua deterius non Ille sonat, quo mordetur gallina marito* (III, 91), quibus plura addere potuit: *Ut rebus lætis par sit mensura malorum* (X, 98), *Infans minor igne rogi* (XV, 40) *Scelus et cunctis graviora cothurnis* (XV, 29), *Exemplum vitæ a cornice secundæ* (X, 247), *Gener puellæ sarcinulis impar* (III, 160), sed hæc exempla a prioribus diversa sunt, nam ex brevi-

Notio igitur abstracta pro concreto ponitur, a quo loquendi usu is sejungendus est, quod notio abstracta, quæ statum vel condicionem exprimit, cui homo aliquis obnoxius est, pro toto hominum numero ponitur, qui eadem condicione tenentur, cuius loquendi usus substantiva, quæ sunt *servitium, senectus, juventus*, pro servis, senibus, juvenibus posita nota exempla præbent, unde ille usus ita extenditur, ut locus pro hominibus ibi versantibus vel notio abstracta, quæ personas agentes necessario complectatur, pro personis ponatur. Sic *ergastula* (VI, 151) pro servis omnibus in ergastulis inclusis, *coena* (II, 120) pro coenantibus, *convivia* (V, 82) pro convivarum numero, *pugna* (VIII, 120) pro pugnantibus hostibus, *Circus* (IX, 144, VIII, 58) pro omnibus, qui in Circo ludos spectant, posita videmus, et notioni abstractæ pro concreto sic positæ condiciones, actiones, affectus personarum attribuuntur: *Circus raucus, clamosus*, quæ exempla duplicem translationem continent, nam *circus raucus* non est, ut vulgo intelligunt, *circus*, qui multo clamore plausuque resonat, sed circus (homines in circo ludos spectantes), qui clamando raucus fit, eodem modo quo Codrum raucum vocari jam vidimus, neque *Circus clamosus* circus clamore resonans est, sed ut in satiræ XIV v. 91 pater avarus *clamosus* vocatur, sic homines, qui in circo sunt, *clamosi* vocantur, quod adjectivum sub-

---

tate quadam orationis orta sunt (*Isæo* pro sermone Isæi, *dis* pro potestate deorum, *aula* pro præfectura aulæ, *rebus lætis* pro mensura rerum lætarum, *minor igne* pro eo, quod est: minor, quam qui cremari potuerit, *cunctis cothurnis* pro: quam quæ in tragoediis depinguntur; a *cornice* pro: a vita cornicis, et quartum exemplum, de quo Heinrichius hoc dixit: „cum voce galli vox hominis comparanda erat, sed sermo rem brevius exponit et gallum pro voce galli nominat," ea de caussa loco movendum est, quod vox amici non cum gallo (*ille*), sed re vera cum voce galli (*ille sonat*) comparatur. Magna exemplorum pars inde orta est, quod genetivus raro ita ponitur, ut substantivum audiatur.

stantivo *circo* pro hominibus posito adjunctum est. Rarius exemplum in sat. III v. 20 invenitur: *Silva mendicat*, ubi silva pro Judaeis, qui silvam conduxerant, posita est, et in sat. XIII (v. 23): *Furem, perfidia, fraudes, lucrum*, notio concreta notionum abstractarum enumerationi insolentius interserta est.

Quemadmodum denique nomen dei pro effectu numinis, pro elemento, quod potestati eius subditum est (VII. 25 *Veneris maritus* = ignis), pro artibus, quibus praesidet, poni solet, sic nomen personae pro virtute, vitio, arte, qua excelluit, interdum substituitur, et comparatione instituta, persona, quae cum alia persona comparatur, cum hac interdum coalescit: *Surgis tu pallidus Aiax* (VII. 45), *Tua uxor Celaeno* (VIII. 130), *Maris jus dicere pannosus aedilis Ulubris* (X. 102), *Instituit melior Locusta* (I. 71: sunt, qui *Locusta* ablativo casu positum esse putent). Insignia alicuius ad alium transferri, rarissimum est, et modo in sat. VI v. 138 Cupidinis *lampas et pharetra* ad *Venerem* translata sunt: poeta enim mox Cupidini mox Veneri amoris excitati caussam attribuit. Inter fines hic adumbratos poeta magna libertate versatur, sed eos vix ullo loco egreditur.

De vocibus Græcis.

Voces Græcas vel a Græco fonte detortas, quæ apud Juvenalem inveniuntur, uno loco collegisse non inutile fore credo. Sunt: Acoenonetus (VII, 218), Acersecomes (VIII, 128, aelurus (XV, 7), aleptes (VI, 422, III, 76), alpha (XIV, 209), amethystinus (VII, 136), amomum (IV, 108), anabathrum (VII, 46), arabarches (I, 130), archetypus (II, 7), archimagirus (IX, 109), aretalogus (XV, 16), artopta (V, 72), balæna (X, 14), Baptæ (II, 92), beta (XIV, 209), blæsus (XV, 48), cacoethes (VII, 52), calathus (II, 54), canna (V, 89), cardiacus (V, 32), cercopithecus (XV, 4), cerdo (IV, 153, VIII, 82), ceroma (VI, 246), ceromaticus (III, 68), chironomos (VI, 63), chironomunta (V, 121), chlamys (VIII, 101), choraules (VI, 77), colaphus (IX, 5), coliphium (III, 14, VI, 542), cosmeta (VI, 476), crypta (V, 106), crystallinus (VI, 155), cyclas (VI, 259), endromis (VI, 245), enthymema (VI, 450), Ennosigæus (X, 182), ephebus (X, 306), ephemeris (VI, 574), epimenia (VII, 20), epiredium (VIII, 56), gobio (XI, 37), ictericus (VI, 565), metreta (III, 246), naulum (VIII, 97), niceterium (III, 68), oestrus (IV, 123), opobalsamum (II, 41), oryx (XI, 140), pappas (VI, 633), paropsis (III, 140), pathicus (II, 99), phasma (VIII, 186), pegma (IV, 122), petaurum (XIV. 265), Peribomius (II, 16), phoenocopterus (XI, 139), phre-

nesis (XIV, 136), popanum (VI, 541), poppysma (VI, 584), porthmeus (III, 266), pragmaticus (VII, 123), proseucha (III, 296), pygargus (XI, 138), pytisma (XI, 178), pyxis (XIII, 25), scaphum (VI, 264), schoenobates (III, 77), stemma (VIII, 1), Stoicides (II, 65), syrma (VIII, 229), Trechedipnum (III, 67), thorax (V, 143), zelotypus (VI, 278), zona (XIV, 297), xerampelinus (VI, 519). Hæ voces non tam multæ sunt, ut poetam justa »Græci sonoris affectati« accusatione afficere possint, sed nominibus Græcis omnes satiræ ita abundant, ut hæc certum colorem operi eius inducere maiore jure dicantur. Ut exempla afferam, modo nomina in *e* et *ides* exeuntia adjungam: Autonoe, Alcithoe, Calliope, Chionè, Cyane, Eriphyle, Hedymele, Menalippe, Migale, Phiale, Thymele, Aonides, Atrides, Æacides, Belides, Cecropides, Hesperides, Pelides, Pierides, Posides, Tydides.

INDICES.

Index rerum et verborum.

A.

A—a in hiatu concurrentia 13; præpositio *a* omissa 216.

Abit 12.

Ablativus gerundii correptus 10; *ablativus* absolutus participii prave substitutus 91; *ablativi* insolentior usus 215—217.

Ablativi consequentiæ copulative adjuncti periodum claudentes 149—150; *ablativi c.* ope futuri participii formati 185; *ablativorum c.* distributio 60.

Ac et **atque** 61—62, 63 not.; *ac* post negationem 65; *ac* et *atque* nulli eius membri, quod adjungunt, voci postposita 50—51; *atque* in quinto versus pede 67.

Accipe 121.

Accusativus pluralis adjectivi numeri ita positus, ut pronomen audiatur 146—148; *accusativus* pronominis relativi et demonstrativi omissus 143, 145, 149; *accusativi*, qui apud Juvenalem non inveniuntur 214.

Accusativus cum infinitivo in interrogatione indignanti 167 not.

Adjectivum in posteriore sententia positum, in priore auditum 26 et not. 2; positus *adjectivi* ad duo substantiva pertinentis vel duo substantiva regentis 24—26, 190; positus *adjectivorum* et substantivorum cum metri ratione cohærens 34—38, 79; femininum *adjectivi* genus ita positum, ut substantiva, quæ sunt *femina*, *uxor*, audiantur 149, 155, 158; *adjectiva* a Juvenale pro substantivis insolentius adhibita 149—150 not.; *adjectiva*, quibus infinitivus additur 175 not. 4; trajectio *adjectivi* 219—220.

Adverbia in *e* et *o* exeuntia qua lege in versu distribuantur 9—10; *adverbia* in *o* exeuntia a Juvenale non adhibita 10; liberior *adverbiorum* positus 59; notio *adverbii* omissa 151 not.

Adversativa particula omissa 78.

Affirmativa notio ex præcedenti negatione arcessita 152—153.

Ait impersonaliter positum 118 not.

Alius omissum 150—151 not.

Alumni ruris 97.
Ambo in versus fine semper positum 11.
An, an—an, anne 168—169.
Animi 116.
Anaphora insolens 37; *anaphoræ* usus 80—82.
Antequam non distractum 54.
Aoristus apud poetas Latinos 203 et not.
Appositi positus 80 not. 1; rarius *appositionis* exemplum 80.
Asyndeton in cæsura 7, 66; *asyndeti* usus 28, 72—76, 78; commixtio *asyndeti* et copulativæ junctura 73, 75.
Attractio relativa 39—43.
Audi prave enarratum 144.
Aut — vel, nec - aut 65—66.

B.

Bibo cum ablativo vasorum 217.
Brevitas orationis 151—152 not.; 157—158, 224 not.
Brevis syllaba ante duo sequentis vocis consonantes non producta 11—12; *brevis* vocalis elisio 14.

C.

Careo 208.
Cave sis pro *causis* prave substitutum 199.
Cedo 174; *cedo si* 132—133.
Certe eadem significatione atque *nempe* positum 94.
Ceu 92.
Computo 20.
Condicionalis particula omissa 133—142.
Conjecturæ ope loci sanati 27—28, 32—34, 41, 74—75, 83—87, 91—94, 101—103, 110—117, 171—172, *conjecturæ* et emendationes accusatæ 11, 15, 16—17, 21—22, 33, 41, 44, 52, 73, 79, 83, 89—90, 95, 98—99, 114, 115—116, 119, 123, 135, 136—137, 138, 141—142, 159, 162, 165, 169, 170, 172, 173, 178 not. 3, 196, 222—223.
Conjunctionum liberior positus 49—56.
Conjunctivus verbi modus omissus 108, 115; *conjunctivi* secunda præsentis temporis persona pro imperativo adhibita 124 cfr. 177—180; *conjunctivus* hypotheticus et *conjunctivus* secundæ personæ fictæ 137 not., 178 et not 3; *conjunctivus* repetitæ actionis 179; *conjunctivus* pro indicativo prave substitutus 141—142; 172—173; *conjunctivus* modus in interrogatione directa 172 et not.; *conjunctivus* modus in sententia condicionali indicativo sententiæ primariæ subjunctus 178 not. 3; et *conjunctivus* et indicativus in sententiis eidem voci subjunctis 211—212.
Consterno 89.
Constituo 106 not.
Copulativa particula posteriore membro retracto priori proxime subjuncta, priore avulso a posteriore non divulsa 18—19, 23—24, 26—27; *copulativa* duarum eiusdem significationis vocum junctura 22; positus duorum membrorum *copulative* junctorum 18—20; tertium membrum duobus dissolutis particula *copulativa* adjunctum 72; nova sententia

sententiæ relativæ *copulative* ita adjuncta, ut pronomen relativum non audiatur 38 not.; particula *copulativa* inter verba duarum sententiarum interposita 67; particula *copulativa* cum negatione alio pertinente confusa 74, 93; *copulativa* duorum imperativorum junctura 76—77; particula *copulativa* ante futurum tempus (et *licet* cum conjunctivo) post imperativum omissa 77; *copulativa* junctura cum asyndeto commixta 73, 75; *copulativa* junctura cum anaphora commixta 81.

Corpora de uno corpore 198 not.

Credidi præsentis prope significatione positum 207 not. 1.

Cum pronominibus, quæ sunt *nobis*, *te*, *se*, suffixum, pronomini relativo antepositum 59.

Cæsura 7—8 cfr. 34—35.

D.

Dactylica vox (et ultimæ vocis in dactylum exeuntis syllabæ) in altero versus pede 13.

Dativus pronominis, quod est *hic*, sententiæ additus 56; *dativus* pronominis demonstrativi omissus 145; *dativus* gerundivi adjectivis adjunctus 176; *dativi* usus 215—216.

Demonstrativum pronomen v. pronomen.

Desurgo 58 not. 3.

Dic (dicite) et cum interrogatione pendenti et cum interrogatione directa junctum 172—174; *dicendi* verbum omissum 113; *dicendi* verbum pro eo, quod est *inquit*, positum 117 not.

Disto cum ablativo et dativo 217 et not 2.

Donec, dum cum conjunctivo 212.

E.

Ede non cum interrogatione directa 173—174.

Egregius neutrum comparativi genus 185.

Elisio longæ vocalis in thesi 13—14; *elisio* ante ultimum versus pedem et in ultimo versus pede 14; *elisio* in vocibus monosyllabis 15.

Ellipsis verbi 108—132; *ellipsis* in usu particularum, quæ sunt *quo*, *unde*, *cedo si*, 132—133; *ellipsis* particulæ condicionalis 133—142; *ellipsis* pronominis 143—150.

Enim, brevitas orationis in eius usu 153.

Ergo in orationis initio positum 50; mensura vocis 10.

Et in versus fine prave additum 44, 73; alterum *et* nulli eius membri, quod adjungit, voci postpositum 36, 51; *et* versum claudens elisionem ante se respuit 14; usus particulæ *et* 60—61; *et* pro eo, quod est *etiam*, positum 64, 67—71; *et* singulari vi et significatu in versus initio collocatum 63 not., 71—72; *et jam* in versus fine posita 89—90; *et—que* 64.

Etiam, positus eius 54.

F.

Fere in arsi alterius pedis semper positum 9.

Fermentum 121.
Forsitan cum indicativi futuro tempore 213.
Futurum *simplex* et *futurum exactum* in interrogatione indignanti 167, 172 not.; *futurum simplex* pro imperativo adhibitum 180; *futurum* sententiæ secundariæ tempus tempori sententiæ primariæ præsenti subjunctum 137, 201; *futurum* post imperativum particulæ *quum* additum 202; conjunctivi tertia *futuri exacti* persona in vetando posita 177.

G.

Galerus gladiatorius 46—47.
Genetivi usus 214, 217 not. 4.
Gerundivi usus 176, 186—187.
Gravitas 155.
Græcæ voces 227—228.

H.

Habe tibi 121.
Hiatus 12—13, 87, 193.
Hiberina nomen fictum 126 et not.
Hic eadem significatione atque *talis* positum 70—71, 116.
Hinc prave intellectum 165.

I.

Idcirco elisionem semper patitur 11.
Idem, orationis brevitas in hoc pronomine 152 not.; *idem* cum dativo participii præsentis temporis 183 not.
Igitur in initio sententiæ positum 50.
Ille—ille 140, 150; *illius* 17.
Imperativi, qui sunt habe, vale, tace, aude, 9; *imperativi*, qui sunt dic, dicite, ede, 172—174; post *imperativum* pronomen demonstrativum omissum 127,144; *imperativi*: *i nunc* et *i nunc et* 77 et not 1; *imperativi* a Juvenale non adhibiti 180; junctura duorum *imperativorum* vel *imperativi* et futuri temporis 76—77.
Imputo 154.
Inde male intellectum 165; post *inde* verbum omissum 113.
Indicativus verbi modus in interrogatione pendenti non adhibitus 108; *indicativus* pro conjunctivo prave substitutus 173; 210, 212; *indicativus* in sententia hypothetica 213 not.
Infinitivus comparativis additus 175 et not. 2; *infinitivus* historicus a Juvenale non adhibitus 149, 176; passivi et activi *infinitivus* eidem verbo additus 71; *infinitivus* pro notione substantivi positus 176 not. 3, 68—69.
Inquit impersonaliter positum 117—118 not.
Interrogationes indignantes et irridentes 167—168; *interrogationes* pendentes per indicativum a Juvenale non elatæ 172; *interrogationes* fictæ in transitu ad novi aliquid commemorandum 154; *interrogationis* forma variata 173, 210.
Inæqualis 102.
Ipsius non correptum 17.
Is masculino et feminino genere non apud Juvenalem 142.
Iste 122, 165.
Itaque non apud Juvenalem 50.

L.

Locutiones ex quotidiano sermone sumptæ 106 et not.
Lodix 106.
Loquendi verbum omissum 113.

M.

Margo feminino genere positum 69.
Me omissum 146, 182 not.
Mediocris 160.
Mensura syllabarum in *e* et *o* exeuntium 9—12; *mensura* vocum, quæ sunt *mihi*, *tibi*, *sibi*, 8.
Metaphoræ usus 220.
Metere barbam 120—121.
Metus de metuendi caussis 198.
Modus insolenter mutatus 211—212.
Mugilis pro eo, quod est *mugil*, 69.

N.

Nam 156—158.
Ne in interrogatione indignanti 167 et not; *ne* cum imperativo 177—178; *ne* suffixum 51—52; *ne—ne* 64; *ne—et* 65.
Nec et **neque** 62, 65, 177; *nec—aut* 65; *nec—vel* 65; positus particulæ 51; *nec saltem* 56; *nec* singulari vi in initio versus positum 72; *nec non et* 72; *nec* pro eo, quod est *ne—quidem*, 74.
Negativæ juncturæ in copulativam transitus 64—65; *negativa* particula in altero membro omissa vel ab altero membro ad prius revocata 84—86.
Neve non apud Juvenalem 177.
Non pro eo, quod est *ne*, et in vetando et in optando substitutum 177 et not.
Notio substantivi locum significantis ad homines translata 79; *notionum* transferendarum usus 220—226.

O.

O—o in hiatu concurrentia 13.
Objectum omissum 106 not., 135 not.; positus *objecti* duorum membrorum communis 19—24.
Oratio bipertita, non tripertita 75—76, 82—83, 170; rhetorica orationis distributio 5, 34; exempla pravæ orationis distributionis 120—132.

P.

Pars belli 52—53, pluralis et verbi et participii numerus substantivo, quod est *pars*, additus 191 not. 2, 3.
Participium passivi subjecti locum tenens futuro verbi tempori adjunctum 141—142; singularis *participii* usus 184, 186; *participium* præsentis temporis apud poetas 180—184; *participium* futuri temporis 184—186; nominativus *participii* casus ad vocativum relatus 185.
Particulæ ab initio orationis retractæ 51; liberior *particularum* positus 49—56.
Perfectum tempus imperfecto copulative adjunctum 96, 149, 205 not. 2; *perfectum* verbi subst. tempus in sententia relativa omissum 108; *perfectum* insolentius adhibitum 201—204; infinitivi *perfectum* pro præsenti positum 206—207.

Persona secunda generalis subjecti loco ficta 178.
Plusquamperfectum tempus insolenter positum 205 not. 1, 209 not.
Postremo vix apud Juvenalem 95.
Prolepsis adjectivi 186, 218—219.
Productio brevis syllabæ in cæsura vel in alterius pedis arsi 8, 10—12.
Pronomen *demonstrativnm* prave intersertum 29, 93; omissio pronominis *demonstrativi* et *relativi* 145—145, 223—224; pronomen *demonstrativum* pro relativo substitutum 69—70, 210; positus pronominis *relativi* et *interrogativi* 48—49.
Præpositio in altero membro posita in primo audita 58; repetitio *præpositionis* 58; positus *præpositionum* 56—57; *præpositio* cum substantivo substantivo adjuncta 217.
Præsens tempus in apodosi perfecto enunciationis prioris tempori subjunctum 68; *præsens* in interrogatione de re statim peragenda 132, 166; secunda *præsentis* temporis persona in præcipiendo et in vetando posita 177—180; prima verbi subst. *præsentis* temporis persona omissa 108; *præsens* et futurum tempus minus stricte distincta 201; *præsens* tempus in sententia pendenti præterito subjunctum 199, 203—204; *præsens* historicum 202 et not.; *præsens* et perfectum tempus copulative juncta 204; *præsens* sententiæ condicionalis tempus imperfecto sententiæ primariæ subjunctum 206.

Q.

Quamquam cum conjunctivo 30, 212.
Quando male intellectum 55—56.
Quare in cæsura semper positum 9.
Que prave intersertum 52; usus particulæ *que*, 18, 60—63; transpositio particulæ *que* 25—26 not; *que* pronomini relativo insolenter suffixum 40 not.; permutatio particularum *que* et *ve* 169—170; *que* elisionem respuens 15; *et—que*, *qve—et* 64, 66.
Quem pro eo, quod est *quod*, positum 69.
Quis et **qui** apud poetas 171—172; *quis* pro eo, quod est *uter*, 171.
Quisque 54 not. 2.
Quo interrogativum 132.
Quoque 54.
Quæso in cæsura semper positum 9.

R.

Redit 12.
Relativum pronomen v. pronomen; *relativa* attractio 139—43.
Repello 92.

S.

Scilicet 119.
Sententia primaria in primo versus pede initium non capit; sententia secundaria certæ legi obtemperat 15.
Si omissum 133—142; *si* prave insertum 138.
Similis cum dativo participii præsentis temporis 183 not.
Sive—vel 99.
Spira gladiatoria 46.

Spondeus unius vocis in altero versus pede a Juvenale bis adhibitus 13; post *spondeum* primi versus pedis puncto incidi nequit 16; *spondei* usus 6—7.
Subjectum ad ultimum sententiæ locum retractum 38; trajectio *subjecti* 38—39; 45 not., 82, 94; *subjectum* insolenter mutatum 200—201.
Substantivum, ad quod duo adjectiva vel duo genetivi referuntur, liberius positum 18—19 cfr. 30; *substantivorum* et adjectivorum distributio 38—43; notio *substantivi* per circumlocutionem expressa 41; singularis *substantivi* numerus insolenter adhibitus 198; trajectio *substantivi* 38—43.
Sunt qui et cum indicativo et cum conjunctivo 212.
Synæresis 17.

T.

Talis et **tantus** ante voces, quæ sunt *qualis* et *quantus*, omissa 152 not.
Tanti est 154.
Te omissum 146, 182 not.
Temporis mutatio 68.
Tmesis non apud Juvenalem 54; *tmesis* apud poetas Latinos 54 not. 4.
Traduco 16—17, 98.
Transpositio versuum 158—165.
Trepido ne 215 not. 1.
Tribrachys ante vocem monosyllabam 7.
Tu neque in jubendo neque in vetando præsenti tempori adjunctum 179; *tu* ex abundanti additum 196; singularis pronominis, quod est *tu*, usus 154.
Tum et **tunc** 199.
Tune 167.

U.

Ullus pro eo, quod est *quisquam*, 177 not.
Unde interrogativum 132 cfr. 113.
Ut omissum 124 cfr. 179 not.; positus particularum, quæ sunt *ut*, *velut*, 51; *ut* et *utne* in interrogatione indignanti 167 not.
Uter non apud Juvenalem 171.
Utrum in interrogatione disjunctiva non apud Juvenalem 169.

V.

Ve 51—52, 66, 170; *ve—ve* non apud Juvenalem 64.
Vel 65—66.
Verbum singulari numero duobus subjectis additum 64—65 et not. 1; liberior *verbi* positus 18—20, 24, 81—82, 188; *verbum* primum singulari deinde plurali numero substantivo collectivo adjunctum 191 not. 3; omissio *verbi* 108—109, 113, 114; *verbum* cum negatione in altero membro positum in altero auditum 64—65 et not. 1; plurali *verbi* numerus insolenter positus 95.
Versus Juvenalis 5—6; *versus* in eandem vocem exeuntes 165; quintus *versus* pes 6—7; enormitates in altero et in ultimo *versus* pede 11—12,

17; *versus* falso spurii judicati 68, 98, 104, 157; *versus* distinctione mutata emendati 15, 20—21, 26 not., 30—31, 36, 39, 40, 48, 67-68, 72, 73, 76, 80 not. 2, 89, 91—92, 98—99, 100, 103—106, 120, 127, 138—141, 144, 149—150, 179 not. 1, 193, 204.
Vexe 127.
Vidua 33.
Vis tu et vis tu 167.
Vox semel posita bis audita 25 not.

Index locorum *).

	pg.		pg.
Sat. I v.	63—65 . . . . 209.	Sat. IV. v.	1—4 . . . 32-34.
	87—90 . . 115-116.		11—12 . . . . 206.
	123—126 . . . . 127.		18—20 . . . . 135.
	160 –161 . . 223-224.		22—26 . . 113-114.
	169 . . . . . 15.		75—81 . . . 29-30.
Sat. II v.	13 . . . . 216 n. 1.		102—103 . . . 210.
	34—36 . . . . . 223.		130—132 . 131-132.
	93—99 . . . . . 150.		140—142 . 169-170.
	103. . . . . 215-216.	Sat V v.	37—41 . . 101-103.
	104—107 . . . . 72.		57 . . . . . 36.
	140 . . . . . 201.		76—79 . . 119, 209.
	158—160 . . 16-17.		82—84 . . . . . 73.
Sat. III v.	73 . . . . . 173.		84—87 . . . . 149.
	87 . . . . . 35.		128 . . . . . 170.
	90—91. 41, 224 n. 1.	Sat. VI v.	17 . . . . . 153.
	110—111 . . 13, 76.		44 . . . . 185-186.
	112—116 . 194, 195 n.		53—59 . . 124-126.
	139—142 . 146-147.		82 . . . . , . . 17.
	152—159 . 117-118 n.		116—125 . 150-151.
	183—189 . 120-122.		128 . . . . . 166.
	186 . . . . . 35.		145—146 . . . . . 75.
	187 , ... 23.		148 . . . . . 77.
	216—219 . . . . 83.		158—159 . . . 37-38.
	252—253 . . . 38 n.		172—174 . . . . 196.
	298 . . . . . 173.		178—183. . 153-156.
	309 . . . . . 85.		190—198 . 103-107.

*) Modo illos locos annotavi, qui emendati vel explicati sunt, non illos, qui inter exempla positi sunt.

pg.

206—206 . 157-158.
210 . . . . . 108.
220—222 . . 144.
224—228 . 164-165.
255—256 . . . 200.
248—249 . 38 et n.
265 . . . . . 175.
288—289 . 188-189.
294—296 . . . 165
298—300 . . . 155.
332—334 . . 151 n.
340 12
358 . . . . . 41.
415—415 . . 225.
442—452 . 156-158.
451—456 . . . 74.
471—473 . . 66-67.
492—495 . . 151 n.
497—505 . 100-101.
535—541 . 139-141.
564—565 . . . 207.
571 . . . . 171-172.
595—596 . 149-150.
201.
646—648 . 190-191.
651—652 . . . . 20.
655—654 . 178 n. 3.
659—661 . . . 205.

Sat. VII v. 26 . . . . . 19.
50—52 . . 80 n. 2.
69—71 206
82—89 . . . . 34.
87 . . . . 178 n. 3.
158—161 . . . 119.
162—165 . . . 168.
180 . . . . . 170.
184—185 . . . 211.
191—194 . . . 135.
205—206 . . 69-71.
250 . . . . . 82.
242—245 . . 118 n.
123-124.

pg.

Sat. VIII v. 56—57 . . . 172.
62—63 . . . 28-29.
105—110 . 191-194.
107 . . . . . 11-12.
121—124 . 137-137.
135—136 . 145-146.
145 . . . . . 186.
169—170 . . 179 n.
199—208 . . 43-48.
240—244 . . 83-87.
247—248 . . 179 n.

Sat. IX v. 22—25 . . . 50-52.
63 . . . . . 118 n.
89—90 . . . 205 n.
114—115 . . . 124.
118 . . . . . 13.
118—124 . 198-199.
146—148 . . 55-56.

Sat X v. 65—90 . . 128-130.
152—153 . . . 204.
173—178 . . 87-89.
203—204 . . . 157.
210—212 . . . . 41.
243—245 . . 58-59.
254 . . . . . 41.
272 . . . . . 40-41.
289—290 . . . . 39.
290—291 . . 117 n.
299—301 . . 135 n.
311—316 . 110-113.
324—328 . . 91-94.
333—336 . . 74-75.
354 . . . . . 64.
582—595 . 159-162.

Sat. XI v. 12 . . . . . 185.
21—25 . . . 20-22.
25—26 . . 209-210.
27—34 . . 98-100.
33—38 . . . . 169.
38—46 . . 162-164.
52—55 . . 208-209.

	pg.
	85 . . . . . 41.
	86—98 . . . 94-97.
Sat. XII v.	30—32 . . . 89-90.
	91—92 . . . . . 39.
	98—99 . . . . 190.
	107—110 . . . 52-53.
Sat. XIII v.	55—56 . . 64, 84-85.
	82 . . . . 73, 215.
	86—89 . . . . 212.
	106—108 . . . 222.
	124 . . . . 216 n. 1.
	143—144 . 178 n. 3.
	162—165 . . . . 32.
	170—171 . 178 n. 3.
	197 . . . . . 36.
Sat. XIV v.	16—18 . . . . . 36.
	23—26 . . . 78-80.
	33 - 31 . . . . . 36.
	109—110 . . . . 66.
	119 . . . . . 214.

	pg.
	134 . . . . . 141.
	140—144 . 138-139.
	142—144 . . 42-43.
	201—202 . . . . 77.
	227—232 . . 67-69.
	272 . . . . . 152 n.
	296 . . . . . 213.
	322—324 . . . 134.
Sat. XV v.	19—20 . . . . . 11.
	20—22 . . . . . 71.
	27 . . . . . 17.
	53—55 . . . . . 73.
	56—58 . . . . . 76.
	64—68 . . 109-110, 210.
	71—72 . . . . 191.
	86 . . . . . 26.
	134—137 . . 27-28.
	169—170 . 142, 210.
	171—172 . . 39, 85.

Errores et errata typographica

Pg.	16	l. 7	satira	l. satiræ
	21	31	inciditur.	inciditur,
	40	25	possit.	possit,
	43	26	iu	in
	44	33	probavimus.	probavimus,
	58	3	postponitur	postponuntur
	62	1	particula	particula,
	63	1	darticula	particula
		2	ponitur.	ponitur;
	69	18	describit.	describit,
	73	18	quibu	quibus
	114	13	habet,	habet
		15	repudiavit)	repudiavit),
	124	15	accipe	accipe,
	160	35	fatodo ponitur	opponitur
	169	9	Cireeis	Circeis
	179	38	dias	dicas
	189	32	verbnm	verbum
	206	2	altcr	alter
	221	26	pronavi	pro navi
	224	14	pronomens	pronomen

MAR 8 '66 H